

APPENDICE 1

1300 giugno 26, Riva del Garda, *in domo Albertini quondam Çuchoi*

Salvodeo *cerdo* attesta di aver ricevuto da ser Albertino figlio del fu Çuchous di Riva 150 lire di piccoli veronesi, in denari e beni, per la dote di sua figlia Zermondia, sposa dello stesso Salvodeo.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 1 [A]. Nel verso: «C.II n° XXVII»; «1300 n° 60 Carta dominae Çermondiae uxoris Salvodei cerdonis»; «Capsula 3 numero 1 anno 1300».

Sono presenti in archivio e trascritti in appendice 3 e 6 il testamento di Salvodeo, (caps.IV, perg. 1, anno 1302), e la promessa di pagamento di un debito della figlia Zermondia, (caps. III, perg.10, anno 1304).

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCC, indictione XIII^a, die XXVI intrante iunio, in domo Albertini condam Çuchoi, presentibus ser Libanorio notario, Pelegrino filio domini Federici, Çanebono qui Pesatus dicitur, Bonefino filio condam domini Iohannis condam domine Elene et ser Iacobino qui Censoldus dicitur, omnibus de Ripa et aliis testibus. Ibique Salvodeus cerdo de Ripa fuit confesus et conteptus habuisse et recepissee ac sibi integre datas, solutas, traditas et numeratas fore a ser Albertino filio condam Çuchoi de Ripa, dante et solvente dotis nomine et pro dote domine Çermondie eius filie ipsi Salvodeo matrimonio copulate, centum et quinquaginta libras veronensium parvorum in tot denarios et res mobiles^a exstimas, excepcioni sibi ipsi date et non solute et non numerate quaⁿtitatis pecunie et rerum mobilium sive dotis et omni alii auxilio omnino renunciatis, necnon promittens per se et suos heredes dicto ser Albertino pro se et suis heredibus stipulanti solvere et dare ac restituere eidem aut dicte domine Çermondie sive ipsorum heredum aut cui ius et casus deditur^b ipsas centum et quinquaginta libras veronensium parvorum in omnem eventum restituende dotis sub pena dupli dicte quantitatis^c pecunie stipulacione promissa qua soluta vel non rata maneant omnia et singula suprascripta. Item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna expensas ac inter esse litis et extra pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit eidem omnia sua bona tam habita quam habenda.

Ego Bertoldus de Ripa notarius sacri pallacii hiis interfui rogatus et scripsi.

^a scritto sopra il rigo dalla stessa mano

^b de iniziale ripetuto

^c corretto su p

1301 ottobre 13, Riva del Garda, nell'abitazione della testatrice

Testamento di Benvenuta, moglie *quondam Tayolle* di Riva.

Originale, ASCR, Capsula III pergamena 2 [A]. Nel verso: di mano trecentesca del notaio che ha redatto l'atto: «Testamentum Benevenute [.....]»; «N° 45 Testamentum dominae Benevenutae Tayolle de Rippa in beneficium pauperum et ecclesie Rippe»; «C. II n° IXI»; «Capsula III numero 2 anno 1301».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCCprimo, indictione quarta decima, die tercio decimo octubris, in burgo Rippe Tridentine dyocesis in domo infrascripte testatricis, presentibus domino pre Marcho archipresbitero plebis Rippe, Antonio condam domini Bonore, R[.....]^a Caperta, Nascembeno filio ser Cristiani, Malcoto maçelatore, Luterio Zardini, Iohanino filio condam [.....]^b et Bartholomeo filio Trentini maçelatoris, omnibus de Rippa testibus ad hoc vocatis et rogatis. Ibique domina Benevenuta s[....] condam Tayolle de Rippa, sana per gratiam Yesu Christi mente et sensu licet languens corpore, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem reliquid et legavit de bonis suis Audisie filie ser Nicolai Bozi de Rippa lectum et fisconem suum. Item legavit eidem unum scrineum et unam capsitulam suam pro remedio anime sue et pro serviciis ab ea receptis. Item legavit pauperibus pro anima sua omnes pannos suos et allia sua supelletilia, instituens dominum Cristianum da Rippa fideicomissarium et dictam Audisiam ad distribuendum omnia supradicta prout eis melius videbitur expedire. Item relinquit et legavit Açolino filio suo quinque libras veronensium parvorum et in eis eum sibi instituit heredem. Item instituit dictam Audisiam usufructuariam domus sue in qua habitat in vita sua dum vixerit in castitate et permanserit bona mulier honesta et casta. Si vero non vixerit in castitate nec permanserit bona mulier honesta et casta vel [con]^ctingat eam mori, instituit pauperes laicos burgi Rippe sibi heredes dicte domus, que domus iacet in dicto [bur]^dgo Rippe in contrata Medii, a duobus lateribus via comunis, ab alio capite dominus Azolinus condam Tochi et ab alio Iacobinus cui dicitur Befardinus. Et constituit et ordinavit predictum dominum archipresbiterum vel eum qui tunc temporis archipresbiter fuerit terra Rippe sibi fideicomissarium ad vendendum dictam domum et distribuendum dicte domus precium pro anima sua predictis pauperibus, prout eius melius iussum fuerit. Et [hanc]^e suam [ult]^fimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure

^a Foro

^b Foro

^c Foro

^d Foro

^e Foro

^f Foro

testamenti, quod si iure testamenti non valet, valeat saltem iure codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis.

Ego Pacificus de Rippa imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1302 settembre 15, Riva del Garda, nell'abitazione del testatore

Testamento di Salvodeo *cerdo* di Riva.

Originale, ASCR, Capsula IV, pergamena 1 [A]. Nel verso: «N° 37 Testamentum Salvodei de anno 1302»; «Capsula IV numero 1 anno 1302».

(SN) Anno Domini millesimo CCCsecundo, indictione quinta decima, die sabati quinto decimo setembris, in burgo Rippe, in domo infrascripti testatoris, presentibus magistro Bertramo, Benevenuto domine Amathe de Castello, Pace a Porta, Omnebono filio Archeti, Dominico lanayolo, Otebono Pepeso, Bellafaremo Pesati, Iacobino qui dicitur Befardinus omnibus de Rippa testibus rogatis et alliis. Ibi Salvodeus *cerdo* de Rippa, sanus per gratiam Yesu Christi mente et sensu licet languens corpore, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem legat pro anima sua de bonis suis cuilibet capelle de plebatu Rippe singullam cazam olei tantum pro uno anno. Item legat pro anima sua pauperibus laicis sine fraude de burgo Rippe viginti quinque libras veronensium parvorum. Item legat pro anima sua fratribus ecclesie Sancte Marie de Pranono XL solidos veronensium parvorum in utilitatem ecclesie predictae Sancte Marie, et ad hec omnia et singula exequenda esse voluit et elegit Rivabenum qui dicitur Brunaçolus *cerdo* de Rippa fideicomissarium et huius testamenti executorem, dans ei plenam licentiam et liberam potestatem sine contradictione heredis sui aut alterius persone quod possit sua auctoritate de bonis suis et de quibus voluerit vendere, alienare et obligare pro predictis legatis anime solvendis prout melius ei videbitur expedire. Item de bonis suis reliquid iure legati Tomasio et Cure fratribus et filiis condam Delonoris sororis sue viginti solidos pro quolibet. Item legat Benevenuto fratri suo illam totam partem qua habet in uno manzo et duabus capris quas dictus Benevenuto tenet ab ipso. Item legat et iudicat Rivabeno Brunazolo de bonis suis viginti quinque libras veronensium parvorum et hoc si infrascriptus Bartholomeus pupillus eius filius decederet infra XIII annos sue pupillaris etatis. Item reliquid domine Çermondie uxori sue dotes suas, que fuerunt centum et XXV libre veronensium parvorum. Item reliquid iure legati dicte sue uxori ultra dotes suas omnes pannos quos emit ei Albertinus pater suus. Preterea legavit eidem voluit et dispossuit quod ipsa Çermondia eius uxor sit et stet et permaneat in domo sua per tres annos apud Bartholomeum eius Salvodei filium, tenendo et utendo masaria sua, quam diu in ipsa domo vidualem vitam servaverit et castitatem tenuerit, quod si vidualem vitam et castitatem non observaverit et non tenuerit inter predictos tres annos vult et ordinat quod dicta eius uxor non stet amplius in domo sua nec teneat nec utatur dicta sua masaria. In omnibus alliis bonis suis, mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus, tam presentibus quam futuris, Bartholomeum eius filium sibi heredem instituit, et si dictus

Bartholomeus eius filius decederet quodcumque substituit ei predictum Rivabenum solummodo in dotem quam habuit et recepit dictus Salvodeus a domina Iacobina sorore dicti Rivabeni dando de dicta dote pro anima dicte sue uxoris viginti quinque libras veronensium parvorum et residuum dicte dotis sit dicti Rivabeni. Item si dictus Bartholomeus eius filius decederet quodcumque sine legitimis heredibus substituit ei pauperes laycos Christi sine fraude. Et ad hec omnia et singula distribuenda et exequenda, voluit Rivabenum predictum esse fideicomissarium et predictorum executorem, dans ei Rivabeno et plenam et liberam potestatem sine contradictione alicuius persone distribuendi et exequendi predicta in predictis pauperibus laicis, prout ei melius videbitur expedire, tutorem autem testamentarium predicti Bartholomei voluit esse predictum Rivabenum, absolvens et liberans eum a ratione administrationis dicte tutelle reddenda et a confectione inventarii alicuius et ipsam rationem et confectionem inventarii eidem remittens. Et hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle, quam valere voluit iure testamenti quod si iure testamenti non vallet valeat saltem iure codicillorum vel alterius cuiuslibet ultime voluntatis.

Ego Pacificus de Rippa imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et de mandato dicti testatoris et rogatus scripsi.

1302 novembre 23, Riva del Garda, nell'abitazione del testatore.

Testamento di Rivano figlio del fu Francesco detto *Latavecla* di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 5 [A]. Nel verso, appunto del notaio sottoscrittore per vicende connesse: «Franciscus recepit condam dotem a condam uxore sua. De ipsa habuit filium nomine Rivanum; mortuo ipso Francisco [.....] dicto Rivano [.....] excussis bonis ipsius condam Francisci pro dicta dote agere (voluit) heredes condam dicti ser Rivani [.....] dotem sue [.....] ypothecaria actione contra Bertoldum et Ognabenum condam Mafey [.....] certam partem Rivani»; «N° 51 1302 Testamentum Rivani»; «C II N° XLI»; «Capsula 3 numero 5 anno 1302».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCCsecundo, indictione XV, die XXIII intrante novembre, in Ripa, in domo infrascripti testatoris, in presentia Iohannis filii ser Silvestri quondam Re..., Richi qui Soavus dicitur filius quondam domini Benevenuto Foteris de Ripa, Francisi filii ser Nicolai a Scalas, Iacobi quondam domine Gratie apothecarii, Francisi filii Iohannis quondam domine Belexantis, Bertoldini quondam ser Bertoldi de Turbulis habitatoris Ripe, Pauli filii Gerardi barberii, [P]^aetriboni quondam ser Roberti de Salodo nunc habitatoris Ripe et alliorum testium rogatorum de Ripa. Ibique Rivanus filius quondam Francisi qui Latavecla dicebatur de Ripa^b, sanus per Dei gratiam mente ac sensu licet corpore languens suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Primo quidem sic dicens ego lego et iudico pro anima mea cuidam fratri minori cum quo confessus fui sive penitentiam accepi X solidos parvorum. Item fratri Phylipino de Ripa de ordine fratrum minorum X seldos parvorum. Item loco Sancti Francisi de Ripa XX seldos parvorum. Item lego et iudico pro anima mea pro qualibet capella plebatus Ripe mediam caçam olei. Item lego et iudico pro anima mea duas galetas fabi et III^{or} galetas furmenti qui distribuuntur inter pauperes indigentes de burgo Ripe. Item lego Mayore filie Giraldi de Archo pro anima mea XX seldos parvorum. Item lego et iudico Altille uxori mee centum et viginti quinque libras parvorum quas ab ea habui in dotem tempore contracti matrimonii. Item instituo et constituo ipsam Altiliam uxorem meam dominam et masariam omnium meorum bonorum, mobilium et immobilium presentium et futurorum, ipsa tamen permanente in castitate, et si nubere voluerit volo quod habeat dictam dotem et non aliud. Item volo et iubeo quod domina Rivana avia mea vivere debeat super omnia mea bona mobilia et immobilia, presentia et futura donec vixerit et quod nulla persona possit nec voleat eam impedire nec molestare. In omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris instituo Nicolaum et Franciscum filios meos pupillos modo heredes et dominos. Et si unus eorum dedecessit infra pupillarem etatem vel post pupillar[e]^cm

^a Foro lungo la piegatura

^b Ib depennato

^c Foro lungo la piegatura

etatem sine liberis ex se discendentibus, rogo ipsos quod hereditatem restituant per fideicomisum allio suo fratri superstiti. Et si vero ambo dicti mei filii morirentur sine liberis ex [se]^d discendentibus, rogo ipsos per fideicomisum ut medietatem hereditatis mee restituant predictae Altillie uxori mee. In allia vero medietate mee hereditatis substituo ^e per fideicomisum pauperes indigentes de burgo Ripe predictis [.....]^f. Et ad ipsa bona exequenda et distribuenda instituo meum fideicomissarium archipresbiterum plebis Ripe qui eo tempore fuerit. Tutores autem predictorum meorum filliorum instituo predictam Altilliam uxorem meam et Franciscum filium quondam Bexe[...] ^g de Ripa, absolvens eos ab honore administrationis reddende et ab inventario faciendo. Et hanc meam ultimam voluntatem asero esse [velle]^h, quam valere volo iure testamenti et ultime voluntatis, quod si hoc iure [testamenti]ⁱ valere non potest, saltem valeat iure codicillorum et cuiuscumque alterius ultime voluntatis.

Ego Franciscus notarius sacri pallacii de mandato dicti testatoris hiis omnibus interfui rogatus et scripsi.

^d *Foro lungo la piegatura*

^e *Modo depennato*

^f *Macchie.*

^g *Foro*

^h *Inchiostro sbiadito*

ⁱ *Cucitura di uno strappo e inchiostro sbiadito.*

1303 settembre 11, Riva del Garda, *sub domo comunis*

Rampreto, conte di Flavon, abitante ad Arco, dichiara di essere stato pagato da ser Guidoto, massaro del comune di Riva, del debito di 666 lire che 11 uomini di Riva avevano contratto con lo stesso Rampreto in occasione di un mutuo.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 3 [A]. Nel verso: «Capsula 4 numero 3 anno 1303».

L'*instrumentum* menzionato nel testo, in cui gli undici uomini di Riva promettono al conte Rampreto la restituzione del denaro prestato, è presente in archivio a questa stessa segnatura, ma non è stato trascritto.

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo tertio, indictione prima, die XI mensis septembris, in burgo Rippe sub domo comunis, presentibus domino Bondi de Lucha vicario Rippe, magistro Bertramo cirologo, Delaido Meliolo, Guilielmo filio condam ser Bondi de Rippa, Nicolao condam Grioni, Nicolao dicto Nigrino viatore de Tridento, Baçoera de Archo et aliis testibus rogatis. Ibique dominus Rampretus comes de Flaono habitator Arci vocavit sibi bene fore solutum et plenius satisfactum a ser Guidoto massario comunis Rippe, recipienti pro se ipso et vice et nomine infrascriptorum omnium videlicet ser Libanorii notarii, Iacobini condam ser Francisi, Bartolamei Andre, Berezevuti condam domini Aldrigeti, Persiboni condam domine Stefane, Viviani condam domini Bonore, Henrici dicti Papoldi, Omneboni condam ser Mafey, Simonis notarii, Stancharii becharii atque ser Bonaventure dicti Testi omnium de Rippa et ab ipsis omnibus de uno debito sexcentarum et sexaginta sex librarum denariorum veronensium parvorum, quas predicti omnes et singuli eidem domino Rampreto dare et solvere tenebantur occasione mutui, ut patet publico instrumento scripto sub signo et nomine Almerici domini Philippi Dei gratia episcopi Tridentini notarii sub anno Domini millesimo CCC° III, indictione prima, die quarto intrante augusto, quod instrumentum ibidem restitutum fuit ser Guidoto recipienti pro se et nomine suprascriptorum omnium debitorum et incisum de licencia et mandato ipsi domini Rampreti comitis, presentibus testis suprascriptis. Renuncians ipse dominus Rampretus exceptioni non datorum et numeratorum denariorum et eos in se bene habere dixit, annullans ex nunc irritans et (a)cassans omne instrumentum seu omnis scriptura quod vel que inde vel occasione predicta inveniri posset vel quod modo aliqua appareret.

Ego Contrinus de Rippa notarius domini Henrici comitis [de Lomello]^a rogatus scripsi.

^a Foglio di pergamena successivo cucito su parte della sottoscrizione.

1304 aprile 24, Riva del Grada, *sub domo comunis*

Zermondia, moglie del fu Salvodeo calzolaio, promette di versare entro due mesi 30 lire di piccoli veronesi a Rivabeno Brunazolo, tutore di Bartolomeo, figlio ed erede di Salvodeo, come risoluzione del debito per una casa posta a Riva in zona *Scafarum*. Albertino, padre di Zermondia si costituisce fideiussore.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 10 [A]. Nel verso: «1304 N° 77 Receptum Çermondie de libris 30»; «C II N° LXXXX»; «Capsula III numero 10 anno 1304».

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo CCC IIII^o, indictione secunda, die XXIII^{or} intrante aprile, in Ripa sub domo comunis, presentibus Rivano ypothecario, Broyno et Vetivato omnibus de Ripa et alliis testibus. Ibique domina Çermondia uxor condam Salvodei cerdonis, presente Albertino eius patre et ad omnia infrascripta parabolam dante, per stipulationem promisit dare et solvere, sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligare, Rivabeno Brunazolo tamquam tutori Bartolamei filii et heredis suprascripti Salvodey cerdonis triginta libras veronensium parvorum hinc ad duos menses completos. Et hoc fecit dicta debitoris pro finita solutione unius domus iacentis in burgo Ripe in hora Scafarum cui coheret ab una parte dominus Gavardinus, ab alia parte domina Avanza et ab uno capite via comunis et forte alie sunt sibi coherentie, quam confessa et manifesta fuit se^a ab ipso tutore habuisse et recepisce et renunciando exceptioni non date et tradite domus et in se bene habere dixit. Etiam hoc cum omni dampno et expensa, expenssis et expensarum quod et quas dictus creditor fecerit seu venerit in iudicio et extra pro dictis denariis exigendis totis vel in parte et de hiis credere sue simplici verbo secundum sacramento sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et per eum se possidere constituit, renunciando dicta domina auxilio senatus consulti Velejani et omnibus aliis suis iuribus quibus se tueri possit. Cuius debiti et promissionis Albertinus suprascriptus pater dicte debitoris constituit se fideiussorem et principalem debitorem et renunciando quod principalis prius posset conveniri quam fideiussor omni occasione et deffensione remota.

Ego Bertramus de Ripa notarius imperiali auctoritate hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^a Scritto sopra il rigo

1304 maggio 30, Trento nel castello del Malconsiglio

Odorico di Ragonia, Odorico di Coredo ed Enrico il Giovane di Rottemburgo, capitani di Trento e dell'episcopato per conto di Ottone, Enrico e Ludovico, duchi di Carinzia, conti del Tirolo ecc., dichiarano di essere stati pagati dai funzionari del comune di Riva con 100 lire di buone monete ciascuno: denaro che la comunità di Riva aveva promesso ai capitani perché intercedessero presso i duchi di Carinzia per ottenere l'esenzione dei dazi.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 11 [A]. Nel verso: «N° 65 Receptum»; «C III N° XXVII»; «Capsula 3 numero 11 anno 1304».

(SN) Die sabati penultimo madii, Tridenti in castro Malconsey, in presentia domini Simonis de Gardullis vicarii curie Tridentine, Stephani notarii a Rucea, Conçii de Tono vallis Ananie et Artuichi de Friolo et aliorum testium rogatorum. Ibique nobilles millites domini Odoricus de Ragonia et Odoricus de Coredo capitanei Tridenti et episcopatus per dominos Ottonem, Henricum, Ludovicum duces Karinthie, comites Tirolenses et ecclesiarum Aquileye, Tridenti et Priscine advocatos, pro se et socio suo domino Henrico Iuveni de Rotemborgo eodem modo capitaneo licet absente vocaverunt sibi bene fore solutum et integre ac plenarie satisfactum a me Iacobino notario infrascripto dante vice et nomine Nicolay condam Cavatorte de Ripa et ab ipso Nicolai licet absente tamquam sindaco et procuratore hominum et comunitatis de Ripa nominatim de centum libris bone monete, quos denarios ipsa comunitas de Ripa dare et solvere promiserant et debebant nominatim pro serviciis dicte comunitati et hominibus de Ripa factis per ipsos capitaneos penes prelibatos dominos duces Karinthie ad impetrandum literas seu privilegia a dictis dominis ducibus ad redemptionem dacie non imponende dicte comunitati de Ripa, prout confirmabant et dicebant ibidem, renunciantes exceptioni non datorum traditorum et numeratorum suprascriptorum denariorum et ipsos denarios bene in se habere dixerunt, promittentes prelibati domini capitanei pro se et suo socio prelibato solempni stipulatione predictam comunitatem de Ripa et homines de Ripa nulatenus impedire, molestare nec inquietare per se vel per alium seu alios de dictis denariis ullo tempore et omnia et singula suprascripta firma et rata habere et tenere sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Anno Domini M° CCC° quarto, indictione secunda.

Ego Iacobinus fillius magistri Pacis imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

1304 giugno 13, Riva del Garda *in platea*

Guarnero di Tablà podestà di Riva per Ottone, Ludovico, Enrico, duchi di Carinzia, conti del Tirolo e di Gorizia e avvocati delle chiese di Trento, di Aquileia e di Bressanone, assolve Maffeo figlio del fu Martino de la Richa, Bertolino e Martino suoi nipoti dell'accusa di aver depredato la strada del lago e li libera da ogni banno.

Copia autentica, ASCR, Capsula IV, pergamena 5 [B]. La copia è così introdotta: «(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto, indicione secunda, die mercurii XII intrante augusto in Ripa sub porticu condam ser Iachobini Frucerii, in pressentia Viviani condam domini Bonore, Bertandi condam domini Matei, Ognabeni eius fratris de Ripa et alliorum testium. Ibique dominus Yçolinus de Caldesso vicarius terre Ripe predictae dedit verbum et licentiam mihi Nicolao notario exemplandi hoc infrascriptum publicum instrumentum tenor cuius talis est», e così conclusa: «Ego Nicolaus notarius domini Henrici comitis de Lomello de mandato predicti vicarii predictum instrumentum fideliter exemplavi, nichil adens vel minuens quod sensum mutet vel punctum vel literam ve scriptam, signumque meum aposui et me subscripsi».

Nel verso: di mano trecentesca «Carta absolutionis Mafey Riche»; «N° 67 Liberatio banni»; «C I N° XXXVIII»; «Capsula 4 numero 5 anno 1304».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto, indicione secunda, die XIII intrante iunii, in Ripa in platea, presentibus domino Yçelino condam domini Tochi, domino Libanorio, Nicolao Cavatorte, ser Hençelino filio condam domini Hancii de Caldesso, Martino filio Vençiolli et alliis testibus. Ibique nobillis milles dominus Vuarnerius de Tablato potestas Ripe per dominos Ottonem, Lodoycum et Heinricum duces Karentie, Tirollis et Goricie comites, Tridentine, Aquiliensis et Brisionensis ecclesiarum advocatos, absolvit Mafeum filium condam domini Martini de la Richa, Bertolinum et Martinum eius nepotes de eo quod calomniabantur ipsos depredasse stratam lacus Garde et de omni banno eisdem dato occasione predicta eos extraxit et liberavit, absolvens eosdem Mafeum, Bertolinum et Martinum eos nepotes de omni eo quod ipse dominus potestas vel alter qui esset loco eius eisdem Mafeo, Bertolino et Martino dicere vel petere poset aliqua alia occasione vel aliquo alio maleficio per ipsos Mafeum et nepotes suos perpetrato et facto usque ad hunc presentem diem. Pro qua soluzione et liberacione et banno contentus fuit dictus dominus Vuarnerius habuisse et recepisce ab ipsis Mafeo et nepotibus quinquaginta libras veronensium parvorum, et renuntiavit excepcioni non datorum numeratorum denariorum et illos denarios in se bene habere dixit. Promisit quoque ipse dominus Vuarnerius pro se et nomine dictorum dominorum quod non inquietabit nec molestabit eosdem Mafeum, Bertolinum et Martinum eos nepotes aliqua occasione predictarum, sed perpetuo dictam absolucionem firmam et ratam habebit et tenebit et non contrafaciet vel veniet aliquo iure vel causa sub obligatione bonorum curie.

Ego Bertoldus de Ripa notarius sacri pallacii hiis interfui rogatus et scripsi

Anno 1305 ottobre 31, Riva del Garda, *sub domo comunis*

Simone, notaio, figlio del fu Benedetto di Riva, sindaco e procuratore degli uomini e della comunità di Riva promette di versare a Guarnero di Tablà, podestà di Riva, 800 lire di monete buone di Merano per l'assoluzione e il perdono fatti dal podestà agli uomini e alla comunità di Riva.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 6 [A]. Nel verso: «N° 47»; «C II N° LXXVIII»; «Capsula 4 numero 6 anno 1306». È presente in archivio e trascritto di seguito in appendice n° 10 il documento in cui il podestà Guarnerio di Tablato attesta di essere stato pagato.

Trascrizione per estratti.

(SN) Die dominico ultimo octubris, in burgo Ripe sub domo comunis, in presentia dominorum Antonii de Leudro, Aycheboni de Tridento iudicum, Simonis dicti de Gardullis de Tridento, Girardi de villa Banale, Odorici notarii domine Mine de Tridento, Iohannis notarii dicti Valeti de Perçino, Federici notarii de Naco et Rolandi familliaris domini capitanei de Garduno et alliorum quamplurium testium rogatorum et hoc specialiter vocatorum. Ibique Simon [notarius]^a fillius condam domini Benedicti de Ripa, tamquam syndicus et procurator hominum et comunitatis de Ripa, per solempnem stipulationem promisit et convenit sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando domino Varnerio [de Tablato]^b potestati dicte terre Ripe dare et solvere eidem domino Varnerio vel eius certo nuntio per infrascriptos [.....]^cos octigentas libras denariorum bone monete nove de Merano, videlicet trecentas libras bone monete specialiter in denariis grossis de argento a viginti duobus denariis pro viginti denariis quilibet grossis quarto die ante proximum festum sancti Martini nunc venturum et alias quingentas libras bone monete, finitam solvere hinc ad proximum festum sancte Marie Çiriallis nunc venturum.[....]

Et hoc fecit predictus syndicus nominatim pro quadam fine, remissione seu absolutione factis per dictum dominum Varnerium hominibus et comunitati predictae terre Ripe sive dicto Simoni sindicario nomine suprascripto et stipulante nomine et vice dictorum hominum et comunitatis de predicta terra Ripe [....]

^a *Inchiostro sbiadito.*

^b *Inchiostro sbiadito*

^c *inchistro sbiadito*

Anno Domini M^o CCC^o quinto, indictione III^a

Ego Iacobinus filius magistri Pacis, imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

1306 gennaio 19, Riva del Garda *sub domo comunis*

Il podestà di Riva Guarnero di Tablà dichiara di essere stato pagato da Simone del fu Benedetto di Riva, notaio, sindaco e procuratore di Riva, di un debito di 800 lire di buona moneta nuova che gli era stato promesso.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 12 [A]. Nel verso: «N° 28 Liberatio comunis Rippae a nobili potestate Rippae»; «C III N° LXIII»; «Capsula 3 numero 12 anno 1306».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millessimo trecentessimo sexto, indictione quarta, die XVIII intrante ianuario, in Rippa sub domo comunis, in presentia dominorum Odorici de Marianis de Tridento, Olrici de Maymberg, Yçelini Tochi, Libanorii notarii, Omneboni condam ser Iohannis domine Elene, Rivani iudicis, Gavardini condam Prevedini, Gotefredi sartoris, Bonaventure notarii, Venzioli pischatoris et Flavey, Girelli et Benvenuti viatorum de Ripa et alliorum testium rogatorum. Ibique nobillis milex dominus Varnerius de Tablato, potestas Ripe, vocavit sibi fore bene solutum et plenarie satisfactum a Simone notario condam domini Benedicti de Ripa, tamquam sindaco et procuratore comunis et hominum terre Ripe et a me Nicolao notario, restituenti nomine et vice fideiussorum suorum specialiter de uno debito VIII^c librarum bone monete nove quas eidem domino potestati promiserat dare et solveret et eidem dare tenebatur ut constat in carta scripta manu Iacobini notarii filii magistri Pacis a scolis habitatoris Tridenti et a predicto Simone et magistro Bertramo, sindicis et procuratoribus comunis terre predictae et a me Nicolao notario predicto, restituenti nomine et vice dicte comunitatis et universitatis terre predictae et generaliter de omni eo quod dicti sindici et dicta comunitas terre Ripe ex quacunque causa aliquid teneretur dicto domino potestati usque ad hunc presentem diem et renuntiavit dictus dominus potestas excepcioni non date, habite et numerate pecunie et in se bene habere dixit, et omni alio iure et omnis carta et scriptura sine testibus que reperiretur quod dicti sindici sive dicta comunitas eidem teneretur aliquid usque ad hunc presentem diem ex quacunque causa ex nunc prout ex tunc eas et ea pronunciavit cassa et vana et nullius valoris nec momenti, et iussit ea infrascripta que reperirentur cuilibet habenti que pertinetur dicte comunitati sive sindicis ipsius comunitatis ea restitui debere, promitens eciam dictus dominus potestas sindicis predictis et mihi notario infrascripto restituenti nomine et vice dicte comunitatis quocienscumque ad eius manus perveniret aliquod infrascriptum quod dicta comunitas eidem aliquid teneretur eum in manibus comunis restituere, pro quibus sic firmitus observandi et atendendi obligavit dictus dominus potestas dicto comuni omnia sua bona tam habita quam habendam.

Ego Nicolaus notarius domini Henrici comitis de Lomello hiis interfui et rogatus scripsi.

Anno 1306 febbraio 24, Trento *in domo quondam domini Callapini iudicis*

Antonio di Ledro e Simone di Gardolo, giudici di Trento dichiarano di essere stati pagati da Benvenuto detto *Macharana* di Riva, agente in nome del notaio Simone del fu Benedetto di Riva, tanto sindaco e procuratore degli uomini e della comunità di Riva. Della somma dovuta, che consisteva in 100 lire di piccoli veronesi, affermano di aver ricevuto 80 lire, mentre le restanti 20 furono versate a Guglielmo Belenzani giudice; il tutto per i servizi e i patrocini forniti agli uomini e alla comunità di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 13 [A]. Nel verso: «N° 88 Receptum»; «C II N° XVII»; «Capsula 3 numero 13 anno 1306».

(SN) Die iovis XXIII^o intrante februario, Tridenti in domo condam domini Callapini iudicis iuvenis, in presentia Bonefacini a Sale de Tridento, Ramondini notarii de Flaveo, Petri cerdonis qui fuit de Archo nunc habitatoris Tridenti, Bonomi cerdonis condam Ranbandini de Tridento et Bonani familliaris infrascripti domini Antonii iudici et alliorum testium rogatorum et ad specialiter vocatorum. Ibiq^{ue} domini Antonius de Leudro iudex et Simon de Gardullis de Tridento vocaverunt sibi solutum et plenarie satisfactum a Benvenuto qui Macharana dicitur de Ripa, dante et solvente nomine et vice Simonis notarii condam domini Benedicti de Ripa, tamquam sindici et procuratoris hominum et comunitatis dicte terre Ripe et nomine et vice ipsorum hominum et comunitatis predictae et a predictis sindaco et comunitate licet absolvere de centum libris veronensium parvorum, de quibus centum libris veronensium predicti domini Antonius et Simon ibidem habuerunt et receperunt in denariis numeratis actuaginta libras veronensium, alias vero viginti libras veronensium date fuerunt domino Willelmo iudici de Bellençanis, quos denarios dare et solvere tenebatur predictus Simon syndicus sive predicta comunitas terre Ripe predictis dominis Antonio, Willelmo et Simoni nominatim pro serviciis et patrociniis factis per ipsos pro ipsis hominibus et comunitate dicte terre Ripe cum domino Varnerio potestate predictae terre Ripe, renuntiando exceptioni non datorum, traditorum et numeratorum denariorum quos ibidem habuerunt et receperunt et si aliquod instrumentum vel imbreviatura aut scriptura contraria huic reperiretur eidem sindaco sive predictae comunitati et hominibus terre Ripe redere promiserunt sine aliquo consto alioquin ex nunc pro ut ex tunc eas sive id cassa et vana et nullius vallis aut momenti pronunciaverunt.

Anno Domini M^o CCC^o sexto indictione III^a

Ego Iacobinus filius magistri Pacis imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

1308 agosto 19, Riva del Garda, nell'abitazione della testatrice

Testamento di Desiderata, moglie del fu Bonacorsi del fu *Ventrelle* di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 15 [A]. Nel verso: di mano trecentesca «Testamentum domine Desiderate uxoris condam Bonacursi»; «N° 2 Testamentum Desideratae Vent<r>ellae quae instituit pauperes indigentes et instituit archipresbiterum Ripae fideicomissarium et executorem»; «C II N° LXVII»; «Capsula 3 numero 15 anno 1308».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini M° CCC VIII°, indictione VI^a, die XVIII augusti, in Ripa in domo habitationis infrascripte testatricis, in presentia presbiteri Tunacis capelani plebis Ripe, Nicolai condam Scortegini, Armani notarii, Nicolai condam Dominici dicti Con...ge, Benevenuti filii Goiardi barberii, Francisi filii Iohannis condam domine Belexantis, Malsesini filii Bonapacis condam domini Ysolani omnium suprascriptorum testium de Ripa et Iohannis condam Omneboni condam Merende de Gavacio plebatus Tenni omnium suprascriptorum testium rogatorum et ad hec infrascripta specialiter convocatorum et alliorum testium rogatorum. Ibique Desiderata uxor condam Bonacursi condam Ventrele de Ripa, sana per Dei gratiam mente et sensu licet corpore languens suarum rerum et bonorum omnium suorum dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Primo quidem sic dicens ego lego pro remedio anime mee XL solidos veronensium capitulo plebis Ripe, ut fratres ipsius plebis orent pro anima mea. Item lego domino Marco archipresbitero dicte plebis XX solidos veronensium ut oret pro anima mea. Item pre Bartholomeo presbitero X solidos veronensium. Item pre Tomasio presbitero capelano dicte plebis Ripe X solidos, ut oret pro anima mea. Item lego eodem modo Casiano clerico dicte plebis X solidos veronensium. Item lego dicto capitulo XX libras veronensium ad emendam unam planetam et paramentum festivum dicte ecclesie Sancte Marie de Ripa. Item lego fratribus minoribus de Ripa XL solidos veronensium, ut orent pro anima mea. Item lego tres galetas fabi et tres galetas furmenti pro una elemosina caritati facienda pro anima mea, secundum consuetudinem nostre Ripe. Item lego Ricarde nepti mee tunicam meam de blavo novo, unam mesam, unum scrineum novum de pezo, unam situlam, unum caxalarium et unum saconum, que res sunt in domo ubi habito. Item lego Nicolai nepoti meo famulo sacerdotum plebis Ripe C solidos veronensium parvorum. Item lego fratri Iohanni de ordine minorum nipoti meo C solidos veronensium parvorum. Item lego domine Adelasie uxori condam Alberti condam domine Nide sex galetas furmenti. Item lego dicto Nicolao meo nepoti unum lintiamen lane et duo lintiamina lini. Item lego Marcarite filie Manzoli fratris archipresbiteri predicti XX solidos veronensium. Item lego Bonencase uxori condam Albertini condam Iacobini fabri de Ripa XX solidos veronensium. Item lego domine Francisce uxori Aymerici condam domini Gasparii XX solidos veronensium. Item

Asie nepti dicti archipresbiteri XX solidos veronensium. Item volo quod detur pro anima mea supra sepultura cuilibet pauperi qui interfuerit unum medianum. Item confiteor infrascriptas res mobiles que sunt in domo suprascripta fuisse condamnati dicti Bonacursi mei mariti et in ipsa domo nil aliud esse dicte ipsius domus: primo unam veyetem de pezo, unum brentum, unum scrineum, unum parolum, unam catenam de fero, asides lecti, unum lectum quem legavit dictus meus maritus hospitali de Ripa. In omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris, iuribus et actionibus, instituo pauperes indigentes de burgo Ripe michi heredes et ad suprascripta legata mea et omnia mea bona distribuenda et dispendenda pro anima mea instituo et constituo meos fideicommissarios et predictorum meorum bonorum executores dictum dominum Marcum archipresbiterum et Iohannem dictum Comanciam de Ripa, quibus comitto quod solvant omnibus infrascriptis personis quibus teneor: primo Gonsolino famulo sacerdotum plebis predicte XX solidos veronensium, item domine Bonorive uxori domini Gavardini XV solidos veronensium, item Tertie uxori condemnati Ribaldi condemnati ser Falzerii III^{or} solidos veronensium. Et hanc meam ultimam voluntatem assero et dico esse velle quam valere volo iure testamenti et ultime voluntatis quod si hoc iure valere non potest, saltem valeat iure codicillorum et cuiuscumque alterius ultime voluntatis.

Ego Franciscus de Ripa notarius sacri palatii his interfui rogatus et scripsi.

1308 ottobre 7, Griez

Ofmia, duchessa di Carinzia, contessa del Tirolo e di Gorizia, avvocatessa delle chiese di Aquileia, di Trento e di Bressanone, conferma e approva il privilegio dato a Riva da suo marito il duca Ottone di Carinzia. Comanda l'osservanza di tale privilegio al podestà di Riva Jacopo di Rottenburgo e a tutte le persone della diocesi trentina.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 48 [A]. Nel verso: di mano cinquecentesca «Confirmatio privilegiorum per dominam ducissam 1308»; «C I N° [...]»; «Capsula 3 numero 48 anno 1308».

Nos Ofmia Dei gracia ducissa Karinthie, comitissa Tyrolis et Goricie, Aquilegensis, Tridentine et Brixinensis ecclesiarum^a advocata, tenore presencium recognoscimus profitentes quod omnia et singula que continentur in privilegio dato per dominum et maritum nostrum carissimum illustrem ducem Ottonem Karinthie hominibus et universitati terre Ripe Tridentine diocesis rata et inconvulsa perpetuo habere volumus et tenere, ipsumque privilegium cum omnibus articulis in eo lucidius expressis, ratificamus, approbamus et auctoritate presencium confirmamus volentes ipsos homines et comunitatem Ripe fovere, manutenere et defendere in eisdem et non aliquo de facto contra facere vel venire. Unde mandamus firmiter sub obtentu nostre gracie fideli nostro Iacobo de Rotenburch, potestati Ripe [...] ^b nunc est vel pro tempore fuerit ceterisque universis et singulis potestatibus, capitaneis, vicariis, sindicis, ancianis et comunitatibus [...] ^c omnibus personis Tridentine diocesis et eius districtus tam presentibus quam futuris ad quos presentes pervenerint, quatenus predictos homines et comunitatem Ripe in omnibus articulis contentis in privilegio antedicto nostro nomine manutenere, defendere et conservare perpetualiter debeant effective et non contra facere vel venire ullo modo tam pro se quam pro eorum successoribus universis. In cuius rei testimonium et robur perhenne presentes litteras eis tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Datum in Griez, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, die septimo octobris, indictione sexta.

(SP)

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano.

^b Macchia scura che impedisce la lettura.

^c Macchia

1311 aprile 24, Riva del Garda, nell'abitazione della testatrice

Testamento di Cristiana, figlia del fu ser Galete di Desenzano della diocesi di Brescia (in realtà è della diocesi di Verona) e moglie del fu ser *Otebonus a Furno* di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 17 [A]. Nel verso: di mano trecentesca «Nil valet. Testamentum domine Cristiane»; «N° Testamentum dominae Christianae de Dexensano»; «C III N° XLVIII»; «Capsula 3 numero 17 anno 1311».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die XXIII^a aprilis in Rippa in domo habitacionis infrascripte testatricis, in presentia Bertandi domine Benaxute, Benini filii ser Nasimbeni Lodrani, Bonaventure condam Subtilis, Pelegrini condam Petri Bellamate, Petri filii ser Delaidi dicti Melioli notarii omnium suprascriptorum de Rippa, et Floriani filii ser Muçe de Gargnano Brixienensis diocesis et Tomei filii ser Zeneti de Calvola plebatus Tenni, testium ad hoc vocatorum et rogatorum et alliorum. Ibique domina Cristiana filia condam ser Galete de Discençano Brixienensis diocesis et uxor condam ser Oteboni a Furno de Rippa, sana per Christi gratiam mente et sensu licet languens corpore, suarum rerum et bonorum omnium disposicionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem reliquid pro anima sua dum pre Marcho archipresbitero plebis dicte terre Rippe XX solidos veronensium ut horent pro anima sua. Item reliquid Casiano clerico dicte plebis V solidos veronensium ut horent pro anima sua. Item reliquid Petro filio ser Delaidi dicti Melioli de Rippa V solidos veronensium ad hoc ut ipse debeat bene pulsare tintinabulla pro ea quando erit mortua. Item legavit cuilibet presbitero de dicta plebe qui interfuerit sepulture sue V solidos veronensium pro quolibet. Item legavit heredibus condam Guidoni de Discençano Brixienensis diocesis XVI solidos veronensium, quos denarios ipsa domina Cristiana dare et solvere tenetur condam dicto Guidoni. Item legavit dum pre Marcho archipresbitero plebis Rippe XXIII solidos veronensium ad hoc ut ipse debeat dicere missas pro certis personis ut ipsa dixit dicto domino pre Marcho archipresbitero. Item legavit Requiliane filie condam ser Oteboni de Furno de Rippa unum eius epitogium de guaçeta. Item unum scrineum de nogaria et unum plumacium. Item legavit, voluit et disposuit quod unum torum eius vendatur ad hoc ut denarius detur pauperibus Christi pro anima sua. Item legavit, voluit et disposuit quod una pecia terre olivate, vineate et ortive que iacet in pertinentiis Rippe in loco ubi dicitur ad Dossos, cui choeret ab una parte domina Agnes uxor condam Belini, ab alia Serafinus, ab allia via comunis et de supra Flamilia de Rippa et forte allie sunt choerentie, vendatur ad hoc ut de denarius predictae pecie deduxit et legavit suprascripte Requiliane centum solidos veronensium. Item legavit Petro fratri predictae Requiliane XL solidos veronensium, set de residuo denariorum predictae pecie terre reliquid, voluit et disposuit quod in Nativitate nostri

domini Iesu Christi detur pro anima sua pauperibus indigentibus Christi unam galletam fabi, unam galletam sallis et unam galletam furmenti in pane et pro missis dicendis pro anima sua. Item iupsit et voluit quod omnia suprascripta legata dari et distribui debeant pauperibus Christi burghi Rippe bona fide sine fraude per infrascriptos suos fideicomisarios prout melius videbitur expediri quos quidem voluit et elegit suprascriptum dominum dum pre Marchum archipresbiterum et Iohannem dictum Drogum de Rippa ad supradicta omnia exequenda ut dictum est. In omnibus autem suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et accionibus suprascriptam Requilianam filiam condam ser Oteboni a Furno de Rippa sibi heredem instituit et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle quam valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valet, valeat saltem iure codicilorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis.

Ego Iacobus notarius filius Bonomi de Rippa hiis interfui et rogatus scripsi.

1313 aprile 20, Riva del Grada, nell'abitazione della testatrice

Testamento di *Richonor*, moglie del fu ser Benvenuto Galina di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 18 [A]. Nel verso: «N° 49 Testamentum dominae Richonor»; «Capsula 3 numero 18 anno 1313».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCC° XIII, indictione XI, die XX intrante aprile, in Ripa, in domo infrascripte testatricis, presentibus ser Bonincontro cerdone, Omnebono quandam domini Mafey, Martino filio ser Pelegri de Castelo, Bertoldo condam Belerini, Petro filio ser Delaydi Melioli de Ripa, Bonesino condam Mandelare, Delaydo filio Delaydi de Prevoro abitatore Ripe testibus et alliis rogatis. Ibique domina Richonor, uxor condam ser Benevenuti Galine de Ripa, iacens infirma in lecto, tamen sana mente loquendo et in proprio arbitrio perscistendo, timens humanam naturam cito labi ne ab intestata decederet ne post eius decesum de suis bonis discordia aliqua oriretur, tale per nuncupacionem condidit^a testamentum et in hunc modum facere procuravit: in primis legavit pro anima sua sexaginta libras veronensium parvorum de quibus LX libras veronensium legavit domino archipresbitero plebis Sancte Marie de Ripa XX solidos veronensium. Item cuilibet presbitero et clerico dicte plebis Sancte Marie qui interfuerit sue sepulture quinque solidos veronensium pro quolibet. Item legavit Maximiano et Holiane eius sororis filiis Poltelati XL solidos veronensium pro quolibet. Item legavit Eçeline sororis dicti Poltelati XX solidos veronensium parvulorum. Item legavit Beatrici filie Per[...]^b condam ser Michaelis Gaxote XX solidos veronensium. Item legavit Francisce filie Iohannis condam ser Francisci Amatoris XX solidos veronensium. Item legavit Riconori et Benevenute sororibus, filiabus Iohannis condam ser Benevenuti Galine de Ripa, XX solidos veronensium pro qualibet ipsarum. Item legavit Bosco condam ser Martini Patanisi XL solidos veronensium. Item legavit Beladeneri condam Iohannis Basdelane de Ripa XX solidos veronensium. Item legavit Otabone uxoris Odorici condam Squase de Ripa pelicium et pulvinarium ipsius domine Richonoris. Item legavit Iacobine uxoris Nicolay Rambaldi eius nepoti lectum ipsius domine Richonoris cum omni pareclamento ad ipsum lectum pertinente. Item legavit pro anima sua quinque galetas salis qui dari debeat in tera Ripe indigentibus dicte tere per infrascriptos meos fideycomesarios, de hinc ad proximam exutam madii, et ad hec disstribuenda instituit dominum Marchum archipresbiterum Ripe, vel alterum archipresbiterum qui pro tempore fuerit et Iohannem condam ser Benevenuti Galine de Ripa suos fideycomesarios, dando sibi et unicuique ipsorum liberum et generale mandatum et generalem administracionem vendendi de bonis dicte testatricis pro predictis persolvendis et exequendis. In omnibus aliis suis bonis mobilibus et

^a Segno di abbreviazione superfluo.

^b Illeggibile.

inmobilibus instituit Nicolaum dictum Rambaldum condam ser Albertini Piçenini eius nepotem sibi heredem hoc modo, quod dictus Nicolaus teneatur et debeat dare et solvere resciduum suprascriptarum LX librarum veronensium infra tres annos proximos venientes, hoc etiam ad^cdito quod dictus Nicolaus eius heres non posit vendere domum in qua abitat, que est in burgo Ripe prope magistrum Bonetum, nisi causa satisfaciendi dictas LX libras veronensium et hoc de licencia semper dictorum fideycomesariorum. Et hoc dixit quod vult quod sit suum ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem et quod valeat iure testamenti, et si iure testamenti non valeret quod valeat alio quocumque modo quam melius valere et tenere potest.

Ego Iohannes notarius domini M. comitis de Advocatis Luce hiis interfui et rogatus scripssi.

^c Dito depennato

1319 novembre 12, Riva del Garda nella chiesa di Santa Maria

Giacomo *cerdo*, originario di Gardone della diocesi di Brescia, ora abitante di Riva, costituisce la dote all'altare di San Giacomo da lui fondato nella chiesa di Santa Maria di Riva, e riserva a sé e ai suoi discendenti il diritto di patronato. Ricevono la dote Enrico, arciprete e prelado della pieve e della chiesa di Santa Maria di Riva, Alessandro, canonico trentino, figlio di Antonio di Ledro esperto di legge, Cassiano di Riva e il maestro Marco del fu maestro Marzoli di Mori, abitante a Riva, chierici e confratelli della pieve e della chiesa di Santa Maria di Riva.

ASCR, capsula III, pergamena 19 [A]; Copia autentica cinquecentesca, ASCR, capsula III, perg. 49 [B].

Nel verso: «N° 36 Dotatio altaris sancti Iacobi maioris existentis in plebe Rippae facta per magistrum Iacobum cerdonem de Gardono diocesis Brixienensis»; «C. II n° XLII»; «Capsula 3 numero 19 anno 1319».

Il documento [A] è privo di sottoscrizione e termina come riportato in trascrizione con tre puntini. Sono presenti in archivio e trascritti di seguito in appendice (17-18) l'atto della presentazione all'altare del nipote Marcolino quale primo beneficiario e il privilegio del cardinal Bertrando con cui viene accordato a Giacomo *cerdo* e ai suoi eredi il diritto di patronato sulla cappella di san Giacomo.

Trascrizione per estratto.

In Christi nomine. Anno Domini millesimo C°C°C° decimo nono, indictione secunda, die duodecimo intrante novembre, in Ripa in ecclesia Sancte Marie plebis de Ripa, presentibus discretis viris domino Aldebrando olim archipresbitero dicte plebis, domino Antonio iudice de Leudro cive Tridentino, domino Libanorio notario condam domini Alberti de Ripa, Nicolao notario filio domini Ribaudi, magistro Bonvesino condam domini Iohannis domine Elene, Nicolao notario condam domini Iochanini domine Bolevantis, Bertendello notario condam domini Pandochi omnibus de Ripa testibus et aliis quam pluribus ad hec vocatis et rogatis Cum eternorum intuitu sit seminandum in terris quod fructum in cellis multiplicatum offerunt apud illum que laudis sacrificium honorificat et dellecat, illius vero seminis iacentis non inmerito proficere speratur in gloria ex cuius fructibus in terris divine laudis dinoscuntur preconia pullulare, idcirco discretus vir magister Iacobus cerdo qui fuit de Gardono diocesis Brixienensis, nunc habitator terre Ripe diocesis Tridentine, volens thesauros in cellis acquirere ubi fures non furantur nec tineae demolitur, pura, mera et libera intentione desiderans effectualiter adimplere propositum diutius in suo corde firmatum ad Dei laudem de provisione dotis per eum fiende altari constructo et edificato per ipsum omnibus suis sumptibus et expensis in dicta terra Ripe in ecclesia Sancte Marie plebis de Ripa ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et eius matris gloriose sanctissime Marie semper virginis et ad titulum sancti Iacobi maioris apostoli,

constitutus idem magister Iacobus [.....]^a ante ipsum altare pure et libere voluntatis ac in valitudine bona persistens, pro remedio anime sue et parentum suorum eius et pro remissione suorum peccatorum, tenendo [in su]^bis manibus cedulam unam in qua erant scripte omnes et singul[e]^c res et possessiones infrascripte contulit, dedit, obtulit et dotando dotavit super ipsum altare et ad manus et in manibus honesti viri domini presbiteri Henrici archipresbiteri et prelati dicte plebis et ecclesie Sancte Marie de Ripa et discretorum virorum dominorum Alexandri nati domini Antonii de Leudro iurisperiti civis Tridentini, canonici Tridentini et Casiani de Ripa nec non magistri Marci condam magistri Marçoli de Murio habitatoris Ripe, clericorum et confratrum dicte plebis et ecclesie Sancte Marie de Ripa recipientium^d nomine et vice dicte ecclesie et prefati altaris per ipsum magistrum Iacobum in dicta ecclesia constructi et pro se et suis succesoribus modo et forma inferius insertis omnia et singula bona infrascripta et omnes et singulas res et possessiones infrascriptas: in primis unam peciam terre arative cum olivis iacentem in territorio Ripe in Briono in loco ubi dicitur Suprimadonum cui adheret ab una^e parte versus lacum domina Panfalina uxor condam ser Iohanini domine Belaxantis, versus mane heredes condam ser Antonii domini Bonde, versus sero heredes ser Gavardini, ab alia parte Bonapax condam Otboni de la Porta; item unam peciam terre arative cum olivis, iacentem in Briono in loco ubi dicitur ad Sablonum, ab una parte versus mane sunt^f Cavazie videlicet iura dicte plebis, heredes Ouchi, Martinellus mensurator, heredes domine Agnetis de Bellino, versus lacum ser Pellegrinus de Castello mediante via, versus sero Merlinus et Socinus fratres, ab alia parte heredes condam Rivani condam Taiole; item unam peciam terre arative iacentem in Greço, ab una parte versus sero via, versus mane heredes condam ser Gusmerii, versus lacum iura pauperum laycorum de Ripa, ab alia parte magister Bertramus ciruicus de Ripa; item unam peciam terre arative cum vineis iacentem in Canaiono de quatuor partibus via, ab allia Antoniolus condam Bonomini ab ecclesia et Bertondelus notarius condam domini Pandochi; item unam peciam terre arative cum vineis iacentem ibi prope supra viam in regula Plani versus sero Iohannes notarius de Pre, ab alia parte heredes Mandolate, ab aliis partibus via; item peciam arativam cum olivis et vineis iacentem in Manono ab una parte versus sero heredes condam magistri Pacis^g fisici, versus mane Dominicus pellicarius mediante una via, versus Ripam Symon domini Gavardini et heredes condam Melioli, ab alia parte Iohaninus notarius condam ser Didoy; item unam peciam arative cum vineis et olivis iacentem in Plano ab una parte iura dicte plebis, ab aliis partibus via; item unam peciam terre arative cum vineis iacentem in Fongolino, ab una partem versus Ripam iura dicte plebis, versus mane via, versus sero heredes condam domini Maphay de Ripa, ab alia heredes condam Symonis de Cologna et forte allie sunt coherentie. Ad habendum, tenendum et possidendum deinceps omnes ipsos res et

^a Foro

^b Foro

^c Foro

^d Recipientium *corretto su* recipiendum

^e u *corretto su* l

^f Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

^g Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

possessiones modo infrascripto et quicquid archipresbitero et clericis eorumque successoribus, salvis conditionibus infrascriptis placuerit faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent cum accessibus et egressibus suis usque ad vias publicas et cum omnibus et singulis que ipse possessiones et ipsarum quelibet habent super se vel infra aut intra se in integrum omnique iure et actione usu seu requissione sibi ex ipsis rebus aut ipsis rebus et cuilibet^h ipsarum modo aliquo pertinentibus, salvis semper pactis et conditionibus infrascriptis. Quas res et quamlibet ipsarum idem magister Iacobus se predicto altari et dictis archipresbitero et clericis constituit possidere donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem quam accipiendi et retinendi deinceps infrascripto modo ipsis archipresbitero et clericis ac capitulo dicte ecclesie licentiam omnimodam contulit atque dedit. Quas quidem possessiones et res idem magister Iacobus ideo dedit et dat, consignavit et consignat ac donando dotavit et dotando donavit et dotat ut superius est expresum et ut inferius continetur ipsi memorato altari et super ipso altari et ad manus suprascriptorum archipresbiteri et clericorum pro ipso altari recipientium ut perpetuo ipsi archipresbiter et clerici ipsorumque successores et capitulum dicte plebis de dote predicta et possessionibus ad que bonis suprascriptis et fructibus ex eis percipiendis et eis provenientibus in mensa eorum et de eisdem cibariis que sibi habebunt retinere debeant unum bonum et idoneum sacerdotem cui victualia cibi et potestatem ministre..... cum idoneo et competenti salario sive stipendio, quem sacerdotem idem magister Iacobus in vita sua duxerit presentandum et post eius mortem eius filius masculus si quem habere contingerit, retinendo in se quidem magister Iacobus in vita sua ius patronatus et post eius mortem dicto eius filio masculo et filius si quos vel si quidem habere contingerit masculum vel masculos in eius et eorum vita solummodo in dicto altari et presentatione dicti sacerdotis et sacerdotum totiens quociens opus fuerit, ipsum ius patronatus de consensu et expressa voluntate dictorum archipresbiteri et clericorum, et post eius mortem si filios masculos ipsum contingerit non relinquere vel relinquere et ipsos mori tunc illud ius patronatus quod sibi conpetit in ipso altari in presentando ipsum sacerdotem, qui celebrare debeat super ipso altari ex nunc pro ex tunc et ex tunc prout ex nunc donat, dat et relinquit consilio et comuni dicte terre de Ripa. Qui sacerdos presentandus per ipsum magistrum Iacobum in vita sua vel post eius mortem per eius filium masculum si quem habere contingerit, vel per consilium et comune Ripe post mortem eorum debeat esse in omnibus et vita et competentis serie laudabilis et qui debeat cotidie super ipso altari unam missam celebrare, prout dictus dederit studiose partibus et devote legitimo impedimento cessante, ita tamen quod nullus ad ipsum altare per aliquem presentari possit qui sacerdos non fuerit et quicumque ad ipsum altare sacerdos presentatus fuerit per ipsum magistrum Iacobum in vita sua vel post eius mortem per eius filium masculum, si quem habere contingerit vel si non haberet vel haberetⁱ et moriretur per dictum consilium et comune Ripe, et ipsum capitulum receptum et institutum fuerit ad celebrandum super ipso altari debeat in missa celebranda in maiori altari et omnibus canonicis horis et divinis in

^h libet scritto sopra il rigo dalla stessa mano

ⁱ Scritto sopra il rigo

dicta ecclesia fiendis interesse, et debeat obedire et subesse domino archipresbitero qui nunc est vel qui pro tempore fuerit et clericis et capitulo dicte plebis, tali expressa conditione et conventionem quod si presentatus per ipsum magistrum Iacobum in vita sua vel post eius mortem et per eius filium masculum, vel masculo non existente vel existente et mortuo per consilium et comune Ripe, ut inferius exprimetur non fuerit ydoneus quod liceat ipsis archipresbitero et capitulo non recipere ipsum et teneantur alium ydoneum presentare [.....]

Promittentes sibi vicissim scilicet magister Iacobus pro se et suos heredes ex parte una et dicti archipresbiter, clerici et capitulum per se et suos successores ex altera omnia et singula suprascripta sic attendere at observare ut superius est expressum, et nullo iure contrafacere vel venire, scilicet dictus magister Iacobus sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et dicti archipresbiter, clerici et capitulum sub obligatione omnium bonorum presentium et futurorum plebis predicte et capituli memorati...

1319 novembre 12, Riva del Garda nella chiesa di Santa Maria

Il maestro Giacomo *cerdo*, originario di Gardone della diocesi di Brescia, ora abitante di Riva, fondatore e dotatore dell'altare di San Giacomo nella chiesa di Santa Maria della pieve Riva e detentore del diritto di patronato, presenta a questo altare suo nipote Marcolino figlio del fu Martino di Gardone, quale primo beneficiato per quando sarà sacerdote. Tale presentazione è approvata dall'arciprete Enrico di Milano, dal canonico di Trento Alessandro, figlio di Antonio giudice di Ledro, cittadino di Trento, da Cassiano del fu Benricevuto di Riva e dal maestro Marco, chierici e confratelli della chiesa e della pieve di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 20 [A]; copia autentica cinquecentesca, ASCR, capsula III, perg. 49 [B].

Nel verso: scritta trecentesca quasi illeggibile: «Investitura [.....]»; «1319 N° 39 Collatio beneficii sancti Iacobi in personam nepotis magistri Iacobi cerdonis de Gardono fundatoris»; «C II N° XLVIII»; «Capsula 3 numero 20 anno 1319».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo tercentesimo decimo nono, indictione secunda, die duodecimo intrante novembre, in Ripa in ecclesia plebis Sancte Marie de Ripa, presentibus discretis viris domino pre Aldebrando de Tridento olim archipresbitero dicte plebis, domino Libanorio notario condan domini Alberti de Marquardo de Ripa, Nicolao notario filio domini Ribaudi notarii, magistro Bonvesino domine Elene de Ripa, Nicolao condan domini Iohanini domine Belexantis, sapiente viro domino Antonio iudice de Leudro cive Tridentino testibus et aliis quampluribus ad hoc vocatis et rogatis. Ibique magister Iacobus cerdo qui fuit de Gardono diocesis Brixienensis nunc habitator terre Ripe diocesis Tridentine, fundator et dotator altaris sancti Iacobi Maioris apostoli suis sumptibus constructi in ecclesia Sancte Marie plebis Ripe et per ipsum magistrum Iacobum certis bonis et possessionibus dotati, de quo altari in vita sua et sibi ius patronatus reservavit presentandi unum sacerdotem super ipso altari et qui super illud divinum officium ad Dei laudem debeat celebrare ut de dicta dote et reservatione dicti iuris et aliis pluribus iuribus plenius liquet publico instrumento scripto manu mei Marci notarii infrascripti, incontinenti facta dicta dote ante quam ad alios actus extraneos deverteretur, volens idem magister Iacobus fundator et dotator dicti altaris futuris periculis obviare cum nil sit certius morte et nil incertius hora mortis, considerans se habere unum suum nepotem videlicet Marcolinum filium condan Martini de Gardono diocesis Brixienensis qui est in studio quem ipse desiderat [...] ^a sacerdotem, cum etatis et scientie fuerit ydoneus, tam ex iure sibi debito ex vigore iuris patronatus quod obtinet in dicto altari et quod in vita sua sibi reservavit, quam ex gratia speciali petivit a dictis discretis viris dominis Henrico de Mediolano archipresbitero dicte plebis, Alexandro nato

^a Inchiostro sbiadito

domini Antonii iudicis de Leudro civis Tridenti canonico Tridentino, Casiano condam domini Benrezevuti de Ripa et magistro Marcho qui fuit de Murio clericis et confratribus dicte ecclesie et plebis de Ripa ut cum idem Marcolinus fuerit factus sacerdos et fuerit vite et scientie et honestate commendandus quod ipsum ad dictum officium ut alii recipi debeat et modo et conditione in instrumento dicte dotis comprehensis recipere debeant absque alia presentatione etiam si tunc esset alius iam receptus. Qui archipresbiter, clerici et confratres considerantes quod iuste deprecantibus non est denegandus assensus cum bene facientibus bene sit faciendum, per se et suos successores promiserunt ipsi magistro Iacobo et mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Marcolini quod cum ipse Marcolinus fuerit sacerdos et moribus ac competentis scientie commendandus ipsum recipient ad celebrandum super ipso altari modo et conditione in instrumento dotis [com]prehensis non obstante quod interim alium reciperint, et ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc cum idem Marcolinus fuerit sacerdos et moribus ac competentis scientie commendandus ipsum recipient ad dictum officium celebrandum super ipso altari modis, pactis et conditionibus in instrumento dicte dotis superius nominato comprehensis, promittentes dicti archipresbiter, clerici et confratres per solempnem stipulationem per se et suos successores dicto magistro Iacobo et mihi notario infrascripto stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti Marcolini omnia et singula suprascripta attendere, observare et adimplere sub pena dupli totius dampni et dispendii modo quod ipse Marcolinus venerit tam in iudicio quam extra iudicium et refectione dampnorum et expensarum litis et extra stipulatione promissa qua soluta vel non rata maneant omnia et singula suprascripta. Et pro his omnibus attedendis et inviolabiliter observandis obligaverunt omnia eorum et dicti capituli bona presentia et futura.

Ego Marcus condam magistri Ma(n)çoli notarius sacri palatii his interfui rogatus et scripsi.

1322 maggio 19, Piacenza

Il cardinale Bertrando, legato della sede apostolica, accorda a Giacomo *cerdo* ed ai suoi eredi il diritto di patronato sulla cappella di san Giacomo, costruita e fornita di dote dallo stesso Giacomo nella chiesa di Santa Maria di Riva.

Copia autentica redatta nel 1326, ASCR, capsula III, pergamena 22 [B]. Seconda copia autentica datata 1337, ASCR, caps.IV, perg. 15 [B¹]. Copia autentica cinquecentesca, ASCR,capsula III, perg. 49 [B²]. La copia [B] è così introdotta: «(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indicione nona, die veneris XXV intrante mense aprilis, sub domo comunis Ripe Tridentine dyocesis, presentibus sapientibus et discretis viris dominis Libanorio condam domini Alberti, magistro Bertramo ciroycho, Bonaventura notario eius fratre, Contrino notario condam domini Pegorini et Bonapaxio condam magistri Tuteboni, omnibus de dicta terra Ripe testibus et alliis. Ibiq[ue] honorabilis et discretus vir dominus Morle de Caldaro vicarius et ius redens in dicta tera Ripe pro venerabile in Christo patre et domino domino fratre Henrico Dey et apostolice sedis gracia dignissimo episcopo Tridentino dedit verbum et licenciam michi Nicolao notario infrascripto exemplandi hoc infrascriptum privilegium sigilatum sigillo pendenti cera rubea et fillo siricho rubeo reverendi in Christo patris domini Bertrandi miseracione divina tituli sancti Marcelli prasbiteris cardinalis apostolice sedis legati, tenor cuius sequitur in hunc modum», e così conclusa: «Ego Nicolaus de Ripa notarius domini Henrici comitis de Lomello suprascriptum privilegium sigilatum sigillo pendenti integro et non corrupto dicti domini legati ut superius continetur de verbo et licencia suprascripti domini Morle vicarii fideliter exemplavi et in hanc formam publicam redegei ut in eo inveni scriptum nichil per me additum vel diminutum quod sensum vel sentenciam mutet, preter forte punctum vel literamve scriptam, signumque meum aposui consuetum». La copia autentica [B¹] è così introdotta: «(SN) In Christi nomine anno eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo septimo, indictione V^a, die decimo octavo mensis septembris, in Ripa sub domo comunis, presentibus prudentibus et discretis viris magistro Petro fisico filio condam magistri Pacis physici, magistro Bertramo ciruico, ser Nicolao notario condam domini Ribaudi, ser Nicolao condam ser Iohannis domine Lene, Iohanino notario condam ser Benevenuti Didoy et Iohanino notario condam domini Contrini omnibus predictis testibus de Ripa et aliis quam pluribus hominibus de consilio Ripe testibus et aliis. Ibiq[ue] discretus vir dominus Iohannes notarius filius condam domini Bertoldi de Ripa vicarius et ius reddens in dicta terra Ripe pro nobili et potente milite domino Cunrado de Scenano honorabili potestate dicte terre Ripe pro capitulo ecclesie Tridentine ipsius episcopali sede vacanti dedit verbum et licentiam michi Perino notario infrascripto exemplandi et in formam publicam redducendi infrascriptum autenticum privilegium in formam publicam reductum, cuius tenor talis est». E così conclusa: «Ego Perinus de Ripa notarius sacri palatii hoc exemplum ex autentico exemplo sive privilegio exemplato scripto sub signo et nomine Nicolai de Ripa notarii domini Henrici comitis de Lomello de licentia et mandato suprascripti domini Iohannis vicarii suprascripti dilligenter et fideliter exemplavi et suprascripsi, nil addens vel minuens eius quod ipsa scriptum inveni quod sensum vel sententiam mutet in forte punctum vel sillabam me subscripsi meoque solito signo signavi rogatus». Nel verso di [B]: di mano trecentesca «Instrumenta altaris sancti Iacobi»; di mano trecentesca diversa da quella precedente «Carte quomodo condam magister Iacobus cerdo dotavit altare sancti Iacobi hic in ecclesia Sancte Marie»; «N° 41 1326 Confirmatio beneficii sancti Iacobi»; «C II N° XLIII»; «Capsula 3 numero 22 anno 1326».

Bertrandus, miseracione divina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis apostolice sedis legatus, dilectis nobis in Christo archipresbitero et capitulo plebis Sancte Marie de Rippa Tridentine dyocesis salutem in Domino. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, sane peticio vestra nobis exhibita continebat quod olim providus vir magister Iacobus cerdo de Gardono, laicus, Brixiensis dyocesis, in dyocesi Tridantina moram trahens, cupiens terena pro celestibus et caduca pro eternis felici commercio commutare, quandam capelania in honorem beati Iacobi apostoli in eclesia vestra de consensu vestro et diocesani loci de bonis propriis construxit pariter et dotavit, iure patronatus in eadem capelania sibi et heredibus suis legitimis reservato prout in instrumentis publicis inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate qua fungimur confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit indignacionem omnipotentis Dey et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Placencie, XIII kalendas iunii, pontificatus sanctissimi patris domini Iohannis pape XXII anno septimo.

1325 luglio 17, Riva del Garda, *sub domo comunis*

Gli uomini di Riva riuniti nel consiglio (arengo), con il consenso di Morle di Caldaro vicario di Riva per conto del podestà Enrico *de Senano*, eleggono ser Contrino notaio, figlio del fu Pegorino di Riva, sindaco e procuratore per la questione con gli uomini e la comunità di Pranzo.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 11 [A]. Nel verso: illeggibile una scritta probabilmente cinquecentesca, segue della solita mano una scritta pure poco leggibile «N° primo. Permutatio facta per [.....]»; «C. I. N. LXXXI».

Sono presenti in archivio tutti gli atti che riguardano la controversia tra il comune di Riva e la villa di Pranzo per la questione dei terreni posti sui monti Englo e Tomblo, avvenuta nel mese di luglio del 1325 e conclusasi a favore dei rivani. Riportiamo i regesti dei documenti non trascritti.

1325 luglio 16, nella piazza della villa di Pranzo (caps. IV, perg. 11)

Gli uomini della villa di Pranzo, riuniti in assemblea, con il consenso del capitano e rettore Enrico della Porta di Bolzano, eleggono Vivaldo detto Rucho, figlio del fu Nicola di Pranzo, sindaco e procuratore per giungere a un accordo con gli uomini e la comunità di Riva

1325 luglio 18, Riva sul monte Englo (caps. IV, perg. 11)

I sindaci di Pranzo, Vivaldo detto Rucho, e quello di Riva, Contrino, giungono ad un accordo.

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indictione octava, die mercurii XVII intrante iulio sub domo comunis Rippe Tridentine diocesis, presentibus honestis viris fratribus Avançio et Nicolino converssis monasterii Sancti Thomasii plebatus Ripe, Marcio dicto Parolo de Tenno, Çanino et Flaveo viatoribus de Ripa testibus rogatis et aliis. Ibique convenientibus et congregatis hominibus de Ripa dyocesis Tridenti in publica arenga ad sonum campane more solito et loco consueto ut moris est dicte terre ad infrascripta tractanda, ordinanda et peragenda de consensu, voluntate et auctoritate sapientis viri domini Morle de Caldaro vicarii et ius redentis in dicta terra Ripe pro nobili et potente viro domino Henrico de Senano nunc in remotis agentis potestate dicte terre Ripe pro venerabile in Christo patre domino fratre Henrico Dey gratia episcopo Tridentino scilicet domino Libanorio, magistro Benevenuto condam Persiboni, Nicolao de domina Elena, Nicolao condam Scortegini, Nicolao condam domine Pasqualine, Benamato condam domini Bereçevuti, Iohanino condam Galine, Francischino de domina Grifa, Francischino de Pasironibus, Martino condam domine Otabelle, Benevenuto condam domine Amade, Simone condam domini Gavardini, Henrico dicto Papondo, Mafeçolo condam Vençiolì, Laçarò condam Culeti, Rivano dicto Dugo, Ognabeno condam ser Mafey, magistro Martino medico, Iacobo ser Oteboni Gosse, Çuliano barberio, Francischo condam ser Iohanini, Iohanne condam Pichaloni, Iohanne condam domine Iacobine, Floziolo condam ser Petri, Lioneto

condam Belesine, Iohanne Sordeli, Iohanne filio Florii cerdonis, Bonvesino cerdone qui fuit de Illario, Iohanne condam Odorici condam domini Yçelini, Francisco Le(v)eseli, magistro Antonio sartore, Nicolao condam Macharii, Casiano Çervelini, Çoya condam Padelle, Tobia condam Veschevini, Nigro condam Henrigeti, Çilberto dicto Mesedaya, Francischino dicto Bochino, Iohanne condam Pelafoyi, Rivano condam Bonapaxii Denti, Bonora condam Delaydi Au(ri)leti, Bonexolo condam ser Petri Bolgari, Dominico dicto Lanaiolo, Tomasino Le(v)eseli, Petrobono Fiastro Martineli, Raymondino qui fuit de la Rocha, Bartholameo Adami, Çanebono filio Çipriani, Cossa bechario, Benevenuto Agnelini, Iohanne Venturati, Agnelino pischatore, Delaydo dicto Sinata, Tonsso qui fuit de Boyago, Benevenuto dicto Macharana, Alberto condam Ribaudi de Pregasina, Antonio condam Recle, Benevenuto condam Guadagnini, Paxolino de domina Terça, Iacobino cerdone qui fuit de Gardono, Tegono nauta, Ambrosio piliçario, magistro Bertramo çiroyco, Bonaventura eius fratre, Benedicto ypotechario, Merlino condam ser Benevenuti Foragni, Bonaventura condam Samueli, Bonora condam ser Drogi, Bonapaxio condam ser Tutboni, Bueno condam domini Yçelini Tochi, Iohanne dicto Ba, Bonvesino condam Mandolade, Iacobo condam Vençoli, Guerçio de Cavatorta, ser Ribauda notario, Iohanne filio Fostini, ser Pelegrino de Castello, ser Otebono dicto Gassa, magistro Boneto piliçario, Francisco notario de Barberiis, Bertrando notario, Francisco a Mola, Raymondino condam Frayloni, Rivano condam Bagordini, Luterio a Brolo, Iohanne filio Vivioni, Francischo filio ser Contrini, Odorico filio ser Pelegrini, Lipo condam ser Iohannis, Florio condam Çeneli, Iohanne notario de Pre, Briono condam Nicolay Petaroni, Bono condam Trentini bechario, Pasqueto condam Tote, Petro barberio, Cipriano cerdone, Odorico condam Benevenuti de Ronchono, Peluchano, Calderino cerdone, Petro condam Brodeti filio Pupani, Rivano condam domine Stadaye, Briçio sartore, Francischo condam Michaelis, magistro Nasembeno, Petro bechario, ser Delaydo de Pravoro, Perino filio Bonexoli, Petro condam domine Ieme, Nicolao Cavatorte, Guielmo condam Troyane, Bonora condam ser Viviani, Quiarino, Scarpeçola ferario, Iohanne condam Nigri, Benedicto qui fuit de Brençono, Iohanne filio Laçari, Rivano filio Sordeli, Dominico ferario, Francino filio ser Pauli, Paxolino Fanzeroli, Delaydo Otolini, Bonano dicto Primasio, Naturalo bechario, Girelino condam Gireli, Petro filio Nasembeni, Malcoto bechario, Bernardo condam Mandolade, ser Delaydo de Gardono, Richebono cerdone, Andrigeto condam domini Bereçevuti, Iohannino filio ser Contrini, Socino filio condam ser Benevenuti Fotagni, Iohanne condam Paxini Au(ri)leti, Eçelino filio Bueni, Adelpreto condam magistri Pacis, Florio condam Monace, Nicolao condam Zenige, Borçagino condam ser Bondi, Dominico condam Piçenini, Garçeto mensuratore, Martinello mensuratore, Ferachaça parolario, Dominico piliçario, Nicolino Piyese, Paxio condam Vilani, Masachino filio ser Pelegrini, Fostino Pixoni, Albertino a Mola, Martinono condam Samueli, Petro filio Pandemey, Galvano barberio, Dominico Dentis, Reguçio condam Vilani, Peluchanino filio Peluchani, Stefano a Brolo, Nicolao filio Iohannis et ser Petro Plauço, omnes et singuli suprascripti de dicta terra Ripe cum ibi essent quatuor partes et ultra hominum dicte terre de Ripa unanimiter nemine discrepante de consensu, iussu et auctoritate dicti eorum vicarii pro se ipsis et suis heredibus et vice

et nomine dicte universitatis et comunitatis de Ripa et suis sucessoribus unanimiter et voluntarie nemine discrepante fecerunt, constiterunt, creaverunt et ordinaverunt discretum virum ser Contrinum notarium filium condam domini Pegorini de Ripa ibi presentem et mandatum sponte recipiente eorum et dicte comunitatis et universitatis de Ripa syndicum, actorem, procuratorem, negotiorum suorum gestorem et nuncium specialem specialiter ad paciscendum, componendum, transigendum et permutacionem quamlibet faciendum cum hominibus et universitate de villa Prancii plebatus Tenni dyocessis Tridenti vel cum eorum sindaco constituto vel constituendi per eos de litibus et questionibus quas habent vel habere sperabant inter se predictae universitates de Ripa et de Prancio quocumque iure et modo in montibus et contratis Çernavine, Camploy, Çelosii, Pascegne, Pozivecli et Casaiole montis Engli et generaliter ubique locorum alibi in dicto monte Engli tam de bonis divissio quam eciam comunibus dictorum hominum et universitatum predictarum quam eciam de pascuis dicti montis Engli et dictorum locorum quam eciam quocumque alio modo salvo ipsis hominibus de Ripa omni suo iure regulandi in dicto monte et pertinentiis eiusdem [.....]

Ego Nicolaus de Ripa notarius domini Henrici comitis de Lomello una cum infrascripto Vitalino notario predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

(SN) Ego Vitalinus notarius domini Henrici comitis de Lomello una cum suprascripto Nicolao notario omnibus et singulis suprascriptis interfui in testem me subscripsi meumque signum aposui consuetum.

1325 luglio 17, Riva del Garda *sub domo comunis*.

Vivaldo detto *Ruchus*, figlio del fu Nicola di Pranzo, sindaco degli uomini e della comunità di Pranzo, alla presenza del vicario di Riva Morle di Caldaro, di Contrino notaio del fu Pegorini di Riva, sindaco, procuratore e nunzio speciale degli uomini di Riva e di altri uomini di Riva riuniti in assemblea si dichiara disposto a sottostare alle volontà di detta assemblea circa alcune infrazioni compiute dagli uomini di Pranzo sui monti Englo e Tomblo e su altre pertinenze nella pieve di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 21 [A].

Nel verso: di mano del redattore del documento: «Quomodo syndici de Pranzo petiverunt veniam de certis excessibus commissis per ipsos syndicos coram syndicis de Rippa et Vitalianus et ser Nicolaus notarii fuerunt rogati facere de hoc publicum [...]m»; «Qualiter illi de Pranzio petiverunt gratiam de laboreriis et aliis factis in montibus Ripe, 1325»; «N° 65 Oblatio facta per homines de Prantio comunitati Rippae de resarciendis dannis illatis». «Capsula 3 numero 21 anno 1325».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indicione octava, die mercurii decimo septimo intrante iulio sub domo comunis Ripe Tridentine dyocesis, presentibus honestis viris fratribus Avancio et Nicolino conversis monasterii Sancti Thomasii plebatus Ripe, Marcio dicto Parolo de Tenno, Canino dicto Capa de Mantua, Busarolo de Mantua, Canino et Ferlaveo viatoribus de Ripa testibus et aliis. Ibiq[ue] coram sapientibus et discretis dominis Morle de Caldaro, vicario et ius redente in terra Ripe pro nobili et potente viro domino Henrico de Senano, potestate dicte terre Ripe pro venerabili in Christo patre domino fratre Henrico Dey gratia episcopo Tridentino et Contrino notario condan domini Pegorini de Ripa sindaco, procuratore, actore et nuncio hominum comunitatis et universitatis de dicta terra Ripe et dictis hominibus de Ripa ad arenga ibidem ad sonum campane et more solito congregatis comparuit Vivaldus dictus Ruchus filius condan Nicolay de vila Prançii plebatus Tenni Tridentine dyocesis, tamquam syndicus, actor, procurator, negotiorum gestor et nuncius specialis hominum comunitatis et universitatis dicte ville Prançii, asserens et proponens pro se et hominibus dicte comunitatis et universitatis de Prançio ad eius aures pervenisse quod quidam homines de predicta villa Prançii eraverunt et deliquerunt contra dictam comunitatem et universitatem de Ripa et modum iniuste et indebite excesserunt infratando, seminando, coligendo, segando, buschando, chalcharias et carbonarias facendo in montibus Engli atque Tombli et eorum pertinentiis plebatus Ripe, et alia eciam forte comiserunt contra regulam quam dicti homines de Ripa habent et obtinent regulandi in dictis montibus et eorum pertinentiis et contra eorum statuta, postas et ordinamenta et eciam consuetudines antiquatas. Ex quo idem syndicus de Prançio sindicario nomine suprascripto, coram domino vicario et sindaco ac hominibus de Ripa suprascriptis offeruit se paratum emendare et satisfacere ad voluntatem dicti syndici et hominum universitatis de Ripa de omni eo et toto quod ipsa comunitas et

universitas de Pranço seu persone singulares reperirentur in dictis montibus modo aliquo delinxisse contra eorum regulas, postas, statuta et ordinamenta ac consuetudines antiquatas in dictis montibus Engli et Tombli, suplicans dictus syndicus de Pranço nomine quo supra dictis dominis vicario, sindico, hominibus et universitati de Ripa quod de hiis que delinquerunt seu modo aliquo eraverunt vel excaserunt dignentur et velint misereri et misericordiam habere ad voluntatem suam, secundum quod eis melius ad bonam pacem et reformationem dictarum comunitatum melius et curialius videbitur expedire.

Ego Nicolaus de Ripa notarius domini Henrici comitis de Lomello predictis naracioni et suplicationi et omnibus et singulis suprascriptis una cum infrascripto Vitaliano notario interfuy et rogatus scripsi.

(SN) Ego Vitalianus notarius domini Henrici comitis de Lomello una cum suprascripto Nicolao notario omnibus et singulis suprascriptis interfui et rogatus in testem me subscripsi meumque signum aposui consuetum.

Anno 1331 agosto 26, *in Sclomo ante domum habitationis Odorici*

Benvenuta, moglie del fu Giovannello di Stenico attesta di aver ricevuto da Sifredo di Francoforte, abitante nel castello di Stenico, 22 lire di piccoli denari veronesi per la vendita, fatta allo stesso, di sette terreni coltivati siti nei pressi della villa di *Sclomo*.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 23 [A]. Nel verso: di mano trecentesca: «Instrumentum vendicionis Rubey»; «N° 32 Venditum quarumdam petiarum terrarum existentium in regulis Sclomi Banali»; «C II N° LXX»; «Capsula 3 numero 23 anno 1331».

Trascrizione per estratto

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCC° XXXI°, indicione XIII^a, die XXVI agosti in Sclomo, ante domum habitacionis Odorici, presentibus Agustino de Stenico, Banalo viatore et Ugolino de Sclomo testibus et alliis. Ibique domina Benevenuta uxor condam Iohanele de Stenico plebatus Banali confessa et manifesta et contenta fuit se accepisse et habuisse nomine certi et finiti precii a discreto viro domino Sivredo de Frangeforto nunc habitatore in castro Stenici XXII libras denariorum veronensium parvorum et renuntians excipere sibi non datorum et non numeratorum dictorum denariorum et illos denarios iam in se bene habere dixit unde pro quibus denariis et precio predicta Benevenuta venditrix nomine ac titulo venditionis ad proprium prelibato et expedito alod[io]^a in perpetuum investivit dictum dominum Sivredum ementem pro se et suis heredibus nominatim de VII peciis terre aratorie iacentibus in pertinentis et teritorio ville Sclomii. Prima quarum iacet [.....]

Item die suprascripto in suprascriptis petiis terre presentibus suprascriptis Agustino, Iohanne dicto Busato et Ugolino testibus et alliis. Ibique suprascriptus dominus Sivredus ex vigore venditionis suprascripte intravit in tenutam et possessionem corporalem de suprascriptis petiis terre eando et redeando per dictas petias terre laborando et proicendo extra lapides et destopando foras malas erbas animo et corpore posidendi.

Ego Nicolaus notarius domini Henrici comitis de Lomello interfui rogatus et scripsi.

^a Bordo destro della pergamena lacero.

Anno 1331 agosto 24, Stenico *ante domum habitacionis Benvenute uxoris quondam Iohanele*

Rosso del fu Teste di *Sclomo* attesta di aver ricevuto da Sifredo di Francoforte, abitante a Stenico, 25 lire di piccoli denari veronesi per la vendita, fatta allo stesso, di cinque terreni coltivati siti nel territorio di Sclomo.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 23 [A]. Un altro documento originale (ASCR, capsula IV, pergamena 20), datato 14 settembre 1342, ci informa che lo stesso Sifredo di Francoforte è a quella data abitante di Riva e dà in affitto a Bonaventura detto Danimando *quondam Belebono de Sclomo* undici terreni di arativo situati nel territorio della villa di Sclomo. Il rogatario è lo stesso che ha sottoscritto l'atto qui di seguito trascritto e il precedente (appendice 21).

Nel verso: di mano trecentesca: «Instrumentum vendicionis Rubey»; «N° 32 Venditio quarumdam petiarum terrarum existentium in regulis Sclomi Banali»; «C II N° LXX»; «Capsula 3 numero 23 anno 1331».

(SN) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCC°XXXI, indicione XIII, die XXIII agosti in Stenico, ante domum habitacionis Benvenute uxoris condam Iohanele, presentibus Vesiga de Villa, Agustino de Stenico et Banalo viatore testibus et alliis. Ibique Rubeus condam Teste de Sclomo plebatus Banali confessus et contentus fuit se nomine certi et finiti precii accepisse et habuisse a discreto viro domino Sivredo de Frangeforto nunc habitatore in castro Stenici XXV libras denariorum veronensium parvorum et renuntians excepire sibi non datorum et non numeratorum dictorum denariorum et illos denarios iam in se bene habere dixit, unde pro quibus denariis et precio predictus Rubens venditor nomine ac titulo vendicionis ad proprium pro libero et expedito in perpetuum investivit dictum dominum Sivredum re(cipientem) et eumentem pro se et suis heredibus nominatim de infrascriptis petiis terrarum aratoriarum iacentibus in pertinentiis et teritorio ville Sclomi in diversis locis et prima quarum petiarum aratoriarum iacet [.....]

Item die XXVI agosti in Sclomo ante domum habitacionis Oiderici, presentibus Agustino de Stenico, Ugolino de Sclomo et Banalo viatore testibus et alliis. Ibique suprascriptus dominus dominus Sivredus ex vigore vendicionis suprascripte intravit in tenutam et possessionem corporalem de suprascriptis peciis terrarum eando et redeando per dictas pecias terrarum laborando, posidendo et proicendo extra lapides et desstropando foras malas erbas animo et corpore posidendi.

Ego Nicolaus notarius domini Henrici comitis de Lomello interfui rogatus et scripsi.

1339 febbraio 1, Riva del Garda *sub porticu domus habitacionis ser Sivreti dicti Clerici* e agosto 11, *in canonica*.

Ademario, fratello di Bernardo di Giovanni arciprete della chiesa di Santa Maria della pieve di Riva, come procuratore dello stesso Bernardo e con il consenso di ser Sifredo detto Chierico di Riva, permuta con ser Tingo del fu ser Giovanni di Firenze, ora abitante a Riva, un terreno coltivato a viti posto nella contrada *in Plano* in cambio di un terreno coltivato a viti posto nella pieve di Riva nella regola detta *Coltura*. L'11 agosto dello stesso anno l'arciprete conferma la presente permuta.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 24 [A].

Nel verso: di mano quattrocentesca :«Dicit Bonalus quod ista pecia terre iacens in Cultura contracambiata est cum uno campo olivarum posito in Briono [...]quem tenet Tobiolus pro ecclesia Ripe»; «N° 31 1339 die prima februarii. Permutatio»; «Capsula 3 numero 24 anno 1339».

Trascrizione per estratto

(SN) In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigessimio nono indictione VII, die primo mensis februarii in Rippa diocessis Tridentine sub porticu domus habitacionis ser Sivreti dicti Clerici plebis Rippe, presentibus Francisco condam Videsti, Marcheto condam A[ntho]^anioli dicti Ochati, Petro condam ser Iacobini, Iohanne filio condam Petri barberii, omnibus predictis testibus de Rippa et aliis. Ibique discretus vir Ademarius frater honesti domini domini Bernardi Iohannis archipresbiteri prefate ecclesie Sancte Marie plebis de Rippa predicta tamquam procurator et procuratorio nomine prefati domini Bernardi constitutus ut in instrumento procurationis ipsius scripto sub signo et nomine Blasii notarii a Ferro de Tridento imperiali auctoritate sub anno Domini millessimo trecentessimo trigessimio primo, indictione XIII^a constat, et eciam idem Ademarius habilem et idoneam personam se esse asserens ad infrascriptam permutacionem et contenta in ea procuratorio nomine quo supra faciendam nonobstante aliqua licentia prefato domino Bernardo ab aliquo eius proposito hoc instrumento exprimenda concedenda et obtinenda, presente dicto ser Sivreto dicto Clerico dicte plebis et huic permutacioni et contentis in ea in quantum de iure potuit expresse consentiente quoniam infrascripta permutacio ecclesie seu archipresbiteratui predicto ad utilitatem cedit multiplicatione et prefectu omni iure modo a forma quibus melius potuit procuratio nomine prefati domini Bernardi tamquam archipresbiteri ecclesie et archipresbiteratus suprascripti seu sopranominati et successorum eius, dedit, tradidit et permutavit ser Tingo condam ser Iohannis tusci de Florentia nunc habitatori Rippe pro se et suis heredibus recipienti quandam peciam terre vineate et arative iacentem in teritorio et pertinentiis Rippe in contrata ubi dicitur in Plano, cuius tales dixerunt fore confines ab uno latere

^a *Macchia scura*

choeret dictus ser Tingo, ab alio Turaça de Tenno, ab alio Dominicus de Alvigo de Pranço plebatus Tenni predicti et ab alio via comunis forte vel alii vel veriores predictae pecie terre sunt confines, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto ser Tingo et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus suis usque in viam publicam cumque omnibus et singulis que habent super se vel infra se et seu inter se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea esse aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc nominatim pro una alia pecia terre vineate iacente in plebatu Rippe predictae in regula que dicitur Coltura, cuius tales dixerunt fore confines, a duobus lateribus choeret via publica, ab alio Gerardus et fratres condam Borçati de Cologna plebatus Tenni predicti, ab alio ius ecclesie predictae forte vel alii vel veriores predictae pecie terre sunt confines quam dictus ser Tingo dedit, tradidit et permutavit ipsi Ademairo tamquam procuratori et procuratorio nomine suprascripti domini Bernardi archipresbiteri et archipresbiteratus suprascripti per se et suos successores et vice et nomine ipsius ecclesie recipienti eodem modo in cambium, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto domino archipresbitero seu ecclesie et archipresbiteratui predicto deinceps placuerit perpetuo faciendum. Cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus suis usque viam publicam cumque omnibus et singulis que habet super se vel infra se seu inter se in integrum omnique iure et actione usu seu requisitione ipsi rei modo pertinente [.....]

Item suprascriptis millesimo et indictione, die undecimo mensis augusti in Rippa diocessis Tridentine, in canonica plebis Rippe, presentibus honesto viro domino dum Iacobo de Brixia nunc habitatore Rippe, ser Silvestro dicto Buenno de Rippa et Iohanne filio condam Petri barberii de Rippa testibus ad hec et alliis. Ibique honestus et discretus vir dominus Bernardus Iohannis predictus archipresbiter ecclesie predictae plebis et archipresbiteratus ipsius de Rippa lecto sibi et in eius presentia per me notarium seriatim suprascripto instrumento suprascripte permutacionis per suprascriptum Ademarium eius procuratorem cum dicto ser Tingo facte predictum instrumentum predictamque permutacionem et omnia et singula in eo et ea contenta ex certa scientia et non per errorem laudavit, confirmavit et approbavit presente dicto ser Tingo et de eius voluntate atque consensu. Et ipsum instrumentum et omnia in eo contenta firma et firmum rata et ratum grata et gratum habuit et perpetuo habere voluit et vult et intendit et sub pena bonorum eius et dicte ecclesie et archipresbiteratus predicti obligavit. Idem dominus archipresbiter eidem ser Tingo promittit omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et sub pena et pena dampnorum et expensarum litis et extra et pena soluta vel non nichilominus predicta omnia et singula esse voluit atque mandavit dicendo et addendo etiam prefatus dominus archipresbiter et hec omnia et singula suprascripta fiant et refficiantur per me notarium infrascriptum in laudum et arbitrium sapientis

cuiuslibet assumendi ubi quando et quociens cumque fuerit opportunum in publicam formam.

Ego Perinus de Rippa notarius sacri palatii rogatus et scripssi.

1340 luglio 14, castello di Tenno

Su richiesta del sindaco di Riva, Federico del fu maestro Pace, il vescovo di Trento Nicolò da Brno ordina al vicario di Riva, Nicolò del fu Ribaldo, di eleggere quattro uomini adatti a designare e definire i confini dei beni comuni appartenenti alla comunità di Riva e occupati ora indebitamente da singole persone.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 17 [A]. Nel verso di mano trecentesca: «Carta comunitatis de Ripa super terminacione».

(SN) In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo CCC^oX^oL indictione octava, die XIII <mensis iulii, in >^a castro Tenni in sala ipsius castri, presentibus honorabilis viro domino Heinrico de Landesparch canonico Tridentino et infrascripti domini episcopi scribe, Heinrico de Bozano capitaneo in dicto castro et ser Iohanne condam Bertoldeli de Ripa testibus et alliis. Coram venerabili in Christo patre et domino domino Nicolao Dei et apostolice sedis gratia episcopo Tridentino, comparuit Federicus condam magistri Pasii de Ripa pro se et tamquam syndicus et sindicario nomine universitatis et comunitatis hominum terre de Ripa et cum querela exposuit quod in grave dampnum et preiudicium dicte universitatis et comunitatis [..... d]^b e Ripa in plebatu et teritorio eiusdem, plura bona detinentur et occupantur per singulares personas terigenas et forenses spectancia et pertinencia dicte universitati et comunitati de Ripa, quare humiliter supplicavit prefatus [Fede]ricus syndicus et sindicario nomine quo supra prefato domino episcopo ut super predictis providere dignetur secundum quod eius [.....] et utilitati dicte comunitatis crediderit expedire. Qui dominus episcopus auditis et intellectis predictis omnibus per ipsum [.....] naratis et postulatis, considerans quod comunis utilitas est preferendi private et quod nemo debet cum aliena [.....] locupletari, ibidem incontinenti de plenitudine sue potestatis ac omni modo et iure quibus melius potuit, <commisit^c di>creto viro Nicolao condam domini Ribaldi de Ripa notario, vicario in dicta terra Ripe, ibidem presenti quatenus elligat [... el]ligi faciat quatuor bonos et legales homines dicte universitatis et comunitatis terre de Ripa et melius de [.....]s veritatem scientes qui per eundem sacramento astricti cum bonorum hominum consilio designare et determinare debeant bona comunia dicte universitatis et comunitatis a bonis quibuslibet divisus quarumcumque singularium personarum, que posita essent in plebatu et teritorio dicte terre de Ripa, mandans prefatus dictus episcopus instante dicto sindaco omnibus et singulis personis tam terigenis quam forensibus quarum interest vel interesse poterit de predictis quatenus pena X[...] veronensium parvorum

^a Lacuna dovuta a una macchia integrata tramite il regesto eseguito dal Tovazzi. G. G. TOVAZZI, *Inventarium Archivii Ripensis Civici, ms., in A.C.R., 1791, pag. 72 n.° 17*

^b Lacerazione sul lato destro che coinvolge le lettere iniziali di $\frac{3}{4}$ delle righe di scrittura.

^c Integrazione da Tovazzi, *op.cit.*, pag. 73

quandocumque et quocienscumque, pro qualibet fuerint per dictos homines ad suprascripta peragenda electos requisite sint visure terminare comunia a divisis iuxta possessiones quaslibet, quas habent in dicto plebatu et teritorio de Ripa, comitens cuilibet viatori curie qui predicta quociens opus fuit precipiat et denunciaret.

Ego Vitalinus de Cugreo notarius per dominum Henricum comitem de Lomello et prefati domini episcopi familiaris predictis omnibus interfui et rogatus de mandatu ipso domino episcopo publice scripssi.

A)

1340 luglio 23, Riva del Garda, *in pleno consilio*

Il consiglio di Riva con il consenso e l'autorità del vicario Nicolò del fu Ribaldo per conto del podestà di Riva, Francesco dei Palanchi di Trento, elegge *discreti viri dominus Pelegrinus quondam domini Federici, ser Bonapassius quondam magistri Tutboni, ser Benamatus quondam domini Benrecevuti et ser Pasius quondam ser Avanti dicti Ochi* tutti di Riva, come ufficiali per segnare i confini dei beni comuni.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 17 [A]. Secondo originale ASCR, caps. IV, perg.18 [A¹]. Nel verso scritta trecentesca poco leggibile: «Designaciones facte per bonos homines [.....] Clai et Deve [.....]»; «N° 18 Die 23 iulii 1340. Dessignatio confinium Rippae cum illis de Thenno cum designatione confinium locorum singularium personarum de Thenno oblatiis quae prius occupata fuere a Thenensibus in comunitatis Rippae cum infixione terminum in quibusdam locis»; «C III N° XV»; «Capsula IV numero 17 anno 1340».

Tutti i documenti riguardanti la questione della definizione dei beni comuni del 1340 sono stati redatti dallo stesso notaio sulla stessa pergamena, con un'unica sottoscrizione finale. Ogni documento è stato considerato singolarmente, facendone per alcuni la trascrizione e limitandoci al regesto per gli altri. I documenti sono tutti compresi sotto questo numero di appendice e sono indicati singolarmente con diverse lettere alfabetiche.

(SN) In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione VIII^a, die dominica vigesimo tercio mensis iulii, in Rippa Tridentine diocesis in pleno consilio hominum et comunitatis et universitatis dicte terre Rippe sub domo ipsius comunitatis et hominum de Rippa, presentibus Francisco notario condam Alberti condam domini Rivabeni, Tomasio condam [.]^aarofali et Odorico dicto Codaia de Rippa testibus ad hec et aliis convocatis et rogatis. Ibique convocato et congregato consilio comunitatis et universitatis hominum terre de Rippa predicta in quo fuerunt infrascripti consilarii: primo videlicet Odoricus filius [.....]^b Pelegrini, Franciscus dictus Çuchonus, Bonaventura condam ser Samueli dicti Fugacine, Bonora condam ser Iohanni Drogi, Benevenutus notarius condam domini Pegorarii, Andreas condam Alberti condam domini Libanorii, Iohannes dictus Ba condam Çuchoii, Tengo condam ser Iohannis tusci, Andrigetus notarius condam domini Berecevuti, Nicolaus becharius condam ser Nicolai Scortegini, Bonora condam domini Viviani, Iohaninus notarius condam ser Benevenuti dicti Didoy, ser Bonaventura notarius condam domini Manganoti, magister Petrus physicus condam magistri Pacis fisici filius, magister Vigilius phisicus filius condam magistri Gregorii phisici, Iohannes notarius condam ser Bertoldeli, Benedictus apothecarius condam ser Iohannis, ser Iohannes condam ser Guiellmi dictus condam domine Iacobine qui sunt et fuerunt ultra duas partes dicti consilii de Rippa. Cum ita fuerit quod reverendus

^a Foro

^b Foro

pater et dominus Nicolaus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Tridentinus mandaverit sapienti viro domino Nicolao condam domini Ribaudi de Rippa pro honorabili viro domino Francisco de Palanchis cive Tridentino potestate Rippe et vicario plebatus Tenni prefate diocessis venerabilis in Christo patris et domini domini Nicolai prelibati episcopi Tridentini vicario Rippe predicte et plebatus Tenni prefate diocessis quatinus elligat et elligi faciat quatuor bonos et legales viros et melius veritatem scientes ad dessignandum et terminandum bona universitatis et comunitatis de Rippa predicta a bonis quarumlibet singularium personarum tam ville Prançi et comunitatis predicte quam aliunde in plebatu et pertinentiis de Rippa predicta existentia, ut constat instrumento publico scripto sub signo et nomine Vitaliani notarii de Cugreo imperiali auctoritate notarii, ideoque predictus dominus Nicolaus vicarius suprascriptus in dicto consilio existens cum suprascriptis consiliariis et ipsi consilarii, de voluntate consensu et auctoritate predicti domini Nicolai vicarii volentes predicta executioni mandare unanimiter et concorditer nomine dicte comunitatis et universitatis Rippe predicte ex auctoritate et licentia suprascripta eis data per suprascriptum dominum episcopum et omni iure modo et forma quibus melius potuerunt ellegerunt discretos viros dominum Pelegrinum condam domini Federici, ser Bonapasium condam magistri Tutboni, ser Benamatum condam domini Benrecevuti et ser Passium condam ser Avantii dicti Ochi omnes de Rippa predicta ad predicta facienda et exequenda, finienda, terminanda et dessignanda tamquam bonos et legales viros et melius de predictis veritatem scientes, quibus domino Pelegrino, ser Bonapasio condam magistri Tutboni, ser Benamato et ser Pasio condam Ochi sic ellectis ibidem incontinenti dictus dominus Nicolaus vicarius detulit sacramentum in presentia dictorum consiliariorum et mei notarii quod bona fide, sine fraude, omni gratia, amore, odio et timore ammotis dessignabunt et terminabunt bona queque comunia existentia in plebatu et pertinentiis dicte terre de Rippa que de iure pertinere et spectare crediderunt ipsi universitati et comunitati de Rippa a bonis et possessionibus quarumlibet singularium personarum, dantes et concedentes predictis ellectis plenam licentiam et auctoritatem decernendi, designandi et terminandi omnia bona comunia in dicto plebatu Rippe existentia et ad ipsam comunitatem spectantia et pertinentia a bonis divisis singularium personarum et maxime hominum et personarum ville Prançi dicti plebatus Tenni prefate diocessis Tridentine et quarumlibet aliarum personarum, decernentes ex nunc et affermant pro se et nomine dicte comunitatis omnia et singula bona per dictos dessignatores dessignanda et terminanda esse comunia dicte universitatis et comunitatis terre Rippe. Qui sic ellecti singulariter et per se corporaliter tactis scripturis in manibus dicti domini Nicolai vicarii suprascripti in presentia dictorum consiliariorum iuraverunt secundum modum et formam predictos bona fide sine fraude decernere, dessignare et terminare omnia et singula bona posita in plebatu Rippe spectantia et pertinentia dictis hominibus universitati et comunitati Rippe predicte a bonis divisis singularium personarum tam suprascripte ville et comunitatis Prançi quam aliunde.

B)

1340 luglio 24, Riva del Garda *sub domo comunis*

Nicolò del fu Ribaldo, vicario di Riva, Tenno e di Pranzo stabilisce il giorno di giovedì 27 luglio tra la terza e la nona ora (tra le 9 e le 16) nelle regole di *Clai, Predante et Deve* nella pieve di Riva, quale termine preciso e inderogabile entro il quale devono presentarsi le persone di Tenno, Pranzo o di altro luogo per assistere alla definizione dei confini dei beni comuni o per dichiarare eventuali opposizioni; ordina quindi ai nunzi di Riva di rendere pubblico tale annuncio.

Item suprascriptis millesimo et indictione, die lune vigesimo quarto suprascripti mensis iulii, in Rippa predicta sub domo comunis, presentibus ser Andrea condam suprascripti ser Alberti, Andrigeto notario condam suprascripti domini Berecevuti et Pegorario notario filio suprascripti Benevenuti notarii omnibus predictis testibus de Rippa ad hec vocatis et rogatis et alliis. Ibique in presentia mei notarii et testium suprascriptorum suprascriptus dominus Nicolaus, vicarius suprascriptus silicet predictarum terrarum Rippe, plebatus Tenni et Prançi suprascripti, vicarius pro suprascripto domino Francisco potestate suprascripto, ad instanciam et requisitionem discreti viri ser Federici condam magistri Pacis physici de Rippa predicta tamquam sindici et procuratoris hominum et comunitatis Rippe statuit terminum perhemptorium quibuscumque personis tam dicte ville Prançi plebatus Tenni suprascripti quam aliunde volentibus contradicere suprascriptis et infrascriptis, quod die iovis proxime venturo post horam tercię et ante horam none perhemptorie et inclusive sint et compareant in regulis Clai Predante et Deve plebatus Rippe predictę et in dicto plebatu ubi fuerunt suprascripti dessignatores et terminatores citra villam Prançi suprascripti ad videndum terminare et dessignare terminatores et dessignatores suprascriptos ellectos per suprascriptum dominum Nicolaum vicarium antedictum et consiliatores dicte terre de Rippa de voluntate et mandato prelibati domini episcopi Tridentini ad terminandum et dessignandum universa bona comunia hominum et comunitatis dicte terre Rippe, existentia in pertinentiis et plebatu terre de Rippa predicta, a bonis singularium personarum dicte comunitati et universitati terre de Rippa spectantia et pertinentia divisa a bonis hominum et personarum dicti plebatus Tenni et ville Prançi predicti et ad contradicendum si contradicere voluerunt et poterunt de iure ne per predictos terminatores et dessignatores fiat suprascripta terminatio et dessignatio eo modo et forma ut in suprascripta ellectione et termino suprascripto continetur, alioquin dicto termino ellapso dicti terminatores et dessignatores dicta bona dessignabunt et terminabunt nullis alliis personis ulterius citatis vel requisitis. Et deinceps per dictum dominum vicarium et eius successores terre de Rippa ac etiam alias singulares personas dictis terminis et designationibus stabitur, dans et concedens ex nunc prout ex tunc predictus dominus Nicolaus vicarius suprascriptus, officio suo et instante predicto ser Federico pro se et tamquam sindaco ut superius dictum est, predictis dessignatoribus^c et terminatoribus ellapso

^c *Ripetuto* et dessignatoribus

dicto termino verbum et licentiam terminandi et dessignandi suprascripta bona comunia a bonis divisis singularium personarum eo modo et forma ut superius dictum est et comitens cuilibet viatori curie dicte terre Rippa, qui omnia et singula suprascripta precipiat et denunciaret ac publice et alta voce precipiat et credet in dicta terra Rippe et in dicto plebatu Tenni et in villa Prançi predicta, ut superius dictum est.

C)

1340 luglio 25, Riva del Garda *sub porticu domus heredum condam Simonis condam domini Benedicti de Rippa*

Odorico detto *Codaiata* nunzio di Riva dichiara di aver reso noto, nel luogo pubblico consueto a Riva e a Pranzo, i termini stabiliti il giorno precedente dal vicario di Riva.

Item suprascriptis millesimo et indictione, die martis vigesimo quinto suprascripti mensis iulii, in Rippa predicta sub porticu domus heredum condam Simonis condam domini Benedicti de Rippa, presentibus ser Francisco notario condam ser Petri de Rippa et magistro Iohanne a scolis qui fuit de Condino, Nicolao condam Macharii de Rippa et Casiano condam Oteboni condam Cervelini de Rippa testibus ad hec et aliis. Ibique Odoricus dictus *Codaiata* de Rippa viator curie dicte terre Rippe contentus stetit et michi notario ad hoc officium electo talem retulit ambaxatam, dicens se die heri nuper ellapsso ex commissione domini Nicolai vicarii suprascripti suprascriptum terminum et supracontenta in eo, atque predicta assignasse et preconicasse et alta voce preconia proclamasse atque cridasse locis publicis seu consuetis dicte terre Rippe et ville Prançi suprascripti plebatus et eodem modo et forma ut suprascriptum est. Et cridavit dictum terminum et contenta in eo me notario teste audiente.

D)

1340 luglio 27, Riva del Garda *in plebatu et plebis pertinentiis Rippe in regulis superius nominatis*

I quattro uomini sopra eletti come *terminatores et dessignatores* definiscono i terreni con relativi confini che appartengono alla comunità di Riva e di cui si erano indebitamente appropriati alcune singole persone in particolare di Pranzo.

E)

1340 luglio 31, nella pieve di Riva del Garda nella contrata *Ronchorum*

I quattro ufficiali sopra eletti come *terminatores et dessignatores* definiscono e assegnano i confini dei terreni comuni nella contrata *Ronchorum*.

F)

1340 agosto 5, Riva del Garda sotto la casa del comune

Nicolò del fu Ribaldo, vicario di Riva, su richiesta dei sindaci *ser Iohaninus notarius condam Didoy* e di *Iohannes notarius condam ser Bertoldeli*, stabilisce il giorno mercoledì 9 agosto tra la nona e il tramonto, a Riva sotto il palazzo del comune, quale termine inderogabile per presentarsi per tutti coloro che avevano opposizioni e lamentele da esprimere riguardo al lavoro svolto dai *dessignatores et terminatores*. Concede poi formalmente alla comunità di Riva il pieno possesso dei terreni designati come beni comuni e ordina ai nunzi di Riva di rendere pubblico tale annuncio.

G)

1340 agosto 5, nella villa di Pranzo e agosto 6, Riva del Garda sotto il palazzo del comune

Rivano detto *Vendema* nunzio di Riva e di Tenno dichiara di aver reso noto il termine stabilito dal vicario.

H)

1340 agosto 21, Riva del Garda sotto il palazzo del comune

Il vicario di Riva Nicolò del fu Ribaldo, sentita la relazione completa dei sindaci di Riva e appurato che non ci sono state opposizioni, dichiara il pieno possesso dei beni comuni, determinati dagli ufficiali, alla comunità di Riva.

I)

1340 agosto 26, Riva del Garda

I sindaci di Riva *ser Giovannino* e *ser Giovanni Bertoldelli*, in nome degli uomini e della comunità di Riva, entrano formalmente in possesso dei beni comuni nella contrada *Ronchorum* e di tutti gli altri beni e terreni del territorio di Riva designati dagli ufficiali.

L)

1340 settembre 3, Riva del Garda *in consilio hominum ipsius sub domo comunis*

Gli ufficiali eletti come *dessignatores et terminatores* giurano pubblicamente di aver compiuto il loro lavoro e che tutti i terreni da loro indicati sono beni comuni appartenenti all'intera comunità di Riva.

Item die dominico tercio intrante mense septembri in Rippa in consilio hominum ipsius sub domo comunis, presentibus Çanino et Vendema viatoribus testibus et aliis. Ibique suprascripti dessignatores et terminatores in consilio publico dicte terre Rippe, presentibus et congregatis more solito consiliariis dicti consilii dicte terre Rippe volentes eorum dessignationes per ipsos factas esse publicas et notorias dictis hominibus et personis terre Rippe et ville Pranci eorum sacramentis sponte et ex certa scientia dixerunt, asseruerunt et confessi fuerunt se designasse et terminasse omnia et singula suprascripta bona esse comunia dicte universitatis et comunitatis terre Rippe, eo modo et forma ut superius per me Perinum notario scriptum est.

Ego Perinus de Rippa notarius sacri palatii his omnibus et singulis interfui et rogatus et de mandato domini Nicolai vicarii suprascripti publice scripssi et quia prima, secunda, tertia membrana absque hac quarta huius scripture voluminis quantecunque capaces non erant, ideo has quatuor membranas similiter coniunxi et filo repis albi easdem consui et quamlibet earum iuncturam sive suturam meo solito signo signavi.

Anno 1348 settembre 18, Riva del Garda *in domo habitationis infrascripti ser Rivani testatoris de Ripa*

Testamento di Rivano del fu ser Bonapace Dente di Riva.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 22 [A].

Nel verso: «N° 30 Testamentum ser Rivani Dentis de Ripa de anno 1348 qui reliquit comunitati Rippae unam vineatam, prativam et olivatam cum uno molendino ad Albulas cum onere celebrandi unam missam omni die in ecclesia parochiali Rippae ad altare sanctae Mariae Madalenaee»; «C I N° LXIII»; «Capsula 4 numero 22 anno 1348».

(SN) In Christi nomine amen. Die iovis XVIII^o menssis setembris in Ripa Tridentine diocessis in domo habitationis infrascripti ser Rivani testatoris de Ripa, pressentibus Torta condam Silvestri molinarii, Iohanne condam Sallamonis, Çoaneto condam Barthollamei, Bereçevuto fillio ser Aldrigeti, Floriano condam Br....., ser Chazollario, Nicolao filio ser Oteboni et Iohanne condam Petri barberii predictis testibus de Ripa ad hoc et alliis specialiter ad hoc vocatis et per infrascriptum testatorem rogatis. Ibique Rivanus condam ser Bonapaxii Dentis de Ripa predicta, sanus per gratiam domini nostri Iesu Christi mente et sensu licet corpore languens, volens mundi periculis obviare et sue salutis anime providere nolens quod abintestato decederet ne post eius decessum de bonis suis questio aliqua horiatur suarum rerum et bonorum omnium per nuncupativum testamentum sine scriptis fecit et ordinavit primo sic dicens: ellegit sibi supulturam suam in cimiterio Sancti Michaelis aput Ripam. Item legavit et rellinquit cuilibet presbiterio qui interfuerit eius supulture XX solidos veronenses ad hec ut teneantur horare pro anima sua. Item legavit cuilibet clerico qui interfuerit eius supulture X solidos veronenses ad hac ut teneantur horare pro anima sua. Item legavit Antonio fillio Floriulli de Ripa X libras veronenses. Item legavit Iacobine uxori Iohannis condam Salamonis de Ripa X libras. Item legavit Iohanni fillio condam Iohannis Ba de Ripa unam domum muris muratam et cupis copertam positam in dicta terra Ripe in quadra Castelli, cui coheret ab uno latere heredes condam Malcoti de Ripa, ab alio latere condam domina Tomaxia olim uxor ser Bertoldi a Ponalle de Ripa et de ante via plubica, forte et alli dicte domus sunt veriores confines. Item legavit dicto Iohanni unam peziam terre arative et partim olivate iacentem in pertinentiis Ripe in loco ubi dicitur ad Platium, cui coheret ab uno latere heredes condam Dominici olim fratris dicti testatoris, ab alliis lateribus via plubica forte et alli dicte pezie terre aratorie et partim ollivate sunt et dicuntur ese veriores confines, salvo et reservato quod si dictus Iohannes deceserit in pupillari etate vel quandocumque sine liberis legitimis ex se descendentibus iusit voluit et mandavit quod domus predicta et dicta pezia terre aratorie et partim olivate vendantur per infrascriptos eius fideycomissarios et pro ipsius anima pecuniam distribuatur per terram Ripe inter pauperes Christi laycos dicte terre secundum quod eis melius videbuntur dare et distribuere. Item legavit Chemino eius famulo XV solidos

veronenses, remittens idem testator dicto Chemino eius famullo omne ad et quidquid idem Cheminus dicto testatori videretur sibi fore obligatum cum plene sit ab eo satisfactum. Item legavit Lundo condam Aymerici de Ripa XXV libras veronenses et ab eo ex nunc vocavit sibi fore solutum de omni eo et toto in quibus op[.....]^at ipsum Lundum eidem fore obligatum vel condam sui precessores cum hoc sit quod condam predicti sui precessores et Lundus predictus eidem Rivano plenarie satisfactioni prout dictus Rivanus in presentia mei notarii infrascripti et testium suprascriptorum aseruit et confessus fuit. Item legavit Francische uxori condam Casiani de Ripa centum solidos veronenses. Item legavit illis qui portabunt corpus suum ad sepulturam XX solidos. Item legavit fratribus Sancte Marie de Pranono plebatus Ripe centum solidos pro anima sua. Item legavit fratribus loci Sancti Nicolai plebatus Ripe XX solidos ad hoc ut fratres predicti teneantur orare pro anima sua. Item legavit fraternitati loci Sancti Alexandri plebatus Ripe XX solidos. Item legavit ecclesie Sancti Lazarii plebatus Ripe in recuperatione dicte ecclesie III libras. Item legavit Iohanino condam Martini becharii de Ripa quinquaginta libras quas eidem tenetur pro denariis mutuatis. Item legavit Olliveto de Saono superiori XXVI libras quas sibi tenetur pro caseo habito ab eo. Item voluit, iussit et mandavit quod satisfaciatur Benvenuto fratri suprascripti Olliveti et dicto Oliveto de omni eo et toto quod peterent et dicerent ipsum Rivanum eis fore obligatum. Item legavit X libras dandas per infrascriptos eius fideicommissarios per terram Ripe prout eis melius videbuntur dare pro malis ablatis incertis. Item legavit ecclesie loci Sancti Andree plebatus Ripe XX solidos. Item legavit cuilibet infrascripto eius commisario centum solidos ad hoc ut sint soluti^b adimplendi voluntatem suam. Item legavit sindicis terre Ripe qui nunc sunt vel pro tempore fuerint una cum infrascriptis suis comisariis unam peziam terre vineate, prative et olivate cum uno molendino super ipsa existente iacente in territorio Ripe in loco ubi dicitur ad Clay, cuius pezie terre vineate, prative, olivate et molendini talles dixit esse confines a tribus lateribus via comunis et ab alio latere vas Albule molendinorum cum alia conditione quod dicti syndici una cum comisariis suis teneantur et debeant semper et in perpetuum celebrari facere omni die in ecclesia Sancte Marie de Ripa et specialiter ad altare sancte Marie Madalene unam misam pro anima sua et parentum suorum. Et si archipresbiter vel rector plebis predicte non permitent celebrare misam ad altare predictum quod predicti syndici una cum dictis suis comisariis unum aliud altare ellevant seu edificari faciant in ecclesia predicte plebis Sancte Marie de Ripa et si predictus archipresbiter seu rector non velint ut predicti executioni mandarentur et modo aliquo ipsos impedirent quod predicti syndici una cum comisariis suis predictam posesionem vendant et vendere debeant cum molendino predicto magis offerentibus, et pecunia dent et distribuent inter pauperes Christi laycos dicte terre Ripe secundum quod eis melius videbuntur expedire. Ad que omnia et singula suprascripta eius legata et ordinata danda, distribuenda et executioni mandanda instituit et constituit ac esse voluit Franciscum notarium condam ser Alberti de Ripa et Çullianum fillium ser Floreti de dicta terra Ripe presentes et

^a *Inchiostro sbiadito*

^b *ti ripetuto*

sponte recipientes commissarios suos et condam dicti ^c Dominici eius fratris. Et huius sui testamenti executores et condam dicti eius fratris Dominici utrumque ipsorum in solidum dans et concedens suis commissaris plenam, liberam et generalem administrationem cum pleno et libero et generali mandato vendendi, alienandi, obligandi de suis bonis de quibus voluerint usque ad satisfactionem omnium suprascriptorum suorum legatorum, absolvens et liberans eos et utrumque ipsorum in solidum ab omni administratione dicte commissarie bene vel male geste redenda alicui persone tam ecclesiastice quam seculari et civili et quia de bonitate et fiducia ac legaliter predictorum commissariorum suorum et utrumque eorum superstes in executionem predictorum et condam dicti sui fratris vel alicuius ipsorum seu aliquo quacumque modo occasione dicte commissarie dampnum aliquod substinuerit vel substinuerint eum vel eos contingerit vel contingerint modo aliquo sustinere cum plene de eis confidat. Id totum seu tantondem de suis bonis pro refectione dampni sit sublatum ei et eis iudicavit et relinquit in omnibus aliis autem suis bonis mobillis et immobilis, iuribus et actionibus presentibus et futuris et condam dicti eius fratris Dominici vigore et autoritate sibi concessa in testamento condam dicti eius fratris Dominici scripti manu mei notarii infrascripti pauperes Christi laycos dicte terre Ripe sibi heredes universales instituit et constituit et esse voluit quos dicti sui commissarii et condam dicti sui fratris per ipsum electi nominandos et obligandos. Et hanc aserit et esse voluit sua ultimam voluntatem ultimum suumque testamentum et si iure testamenti nuncupativi valere non possit saltem valeat iure codicilorum vel donationis causa mortis et omni alio iure qua melius valere potest. Anno Domini millesimo CCC^o XLVIII^o, indictione prima.

Ego Franciscus dictus Pegorarius notarius de Ripa filius condam ser Benevenuti notarii de Ripa imperiali auctoritate hiis interfui et rogatus scripsi.

^c r *depennato*.

1349 febbraio 15, Riva del Garda *sub domo comunis*

I cittadini di Riva, riuniti nel consiglio (arengo), con il consenso del podestà Trentino *de Tocullis* di Ledro eleggono sindaci e procuratori in tutte le cause del comune di Riva le seguenti persone: il maestro Vigilio, medico, figlio del fu maestro Gregorio, anch'esso medico, Giovanni del fu Nicolò del fu *ser Ribaudi*, ser Pietro del fu ser Giacomino *a Porta* e ser Francesco detto Zuccone del fu ser Maffezolo, tutti di Riva.

Originale, ASCR, capsula IV, pergamena 21 [A].

Nel verso: della stessa mano del redattore del documento: «Carta sindicatus ser Petri a Porta et ser Francisci dicti Zuconi de Rippa quomodo ipsi facti fuerunt sindici una cum domino Iohanne et magistro Vigilio»; «Sindaca[tus] hominum de Rippa»; «N° 24», «1349 C. II. N.° XI.»; «Capsula 4 numero 21 anno 1349».

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo trecentesimo XLnono, indictione secunda, die dominico XV° februarii in Rippa Tridentine diocesis sub domo comunis dicte terre Rippe ubi ius publice redditur consuetum, presentibus domino Clemente de Porcelinis de Padua iudice, ser Petro condam ser Iacobini de castro Madrucii, domino Francisco canonico Tridentino filio condam ser Luterii condam domini Antonii iudicis de Tocullis de Leudro civis Tridentini, Guilielmo condam ser Bonaguide de Tridento, Codayata Francisco Pupano viatoribus curie Rippe predictae et Pixono notario testibus et alliis rogatis et vocatis. Ibique convenientibus et congregatis hominibus et consiliaribus^a terre Rippe predictae in publica arenga et consilio ad sonum campane more solito et loco consueto ut moris est dicte terre Rippe ad infrascripta tractanda ordinanda et peragenda de consensu et voluntate auctoritate et mandato sapientis et eloquentis viri domini Trentini iudicis de Tocullis de Leudro civis Tridentini honorabilis potestatis dicte terre Rippe pro reverendo in Christo patre et domino domino Iohanne Dei et apostolice sedis gratia episcopo Tridentino, silicet ser Socino condam ser Benevenuti Fotagni, ser Benevenuto notario condam domini Pegorarii, Iohanne condam ser Bonaventure notarii condam ser Manganoti, Odorico qui fuit de Roncono, Antonio condam magistri Gregorii phisici, Quardino condam domini Libanorii, magistro Pezino sartore, Benono condam Fardini, Martino condam Martini Mugardi, Clayano qui fuit de Clarano, Canussio condam Olen, Paxolino molinario, Petro condam Nicolini, Iohanne condam ser Faustini, Gove(r)nello Zulberto dicto Zilberto condam Broyni, Galvano barbero, Iacobino dicto Prevedo qui fuit de Brexan..., magistro F[....]^bno, Iohanne condam Salamonis, Nicolao condam Tayolle, Botura condam ser Merlini,

^a Sic

^b Foro

Nassimbeno fillio ser Belafaremi, Nicolao condam Zervelini, Bonacursio dicto Corsino condam Cazolarii, Iohanne domine Terze, Francisco condam ser Bonore ser Viviani, Bartolameo condam Lundolini, magistro Vancio qui fuit de Bolognano plebatus de Archo, Antonio condam Lazari Culeti, Zanebono condam Comunanze, Martino condam Lazari predicti, Chemino fussero, Zerachino condam Zerachi, Nigro a Moreto, Dominico condam Pizenini, Bartolameo filio ser Iohannis Faustini, Iohanino cerdone qui fuit de Salodo, Valaroto cerdone, Petro condam Rachemboni, Montino condam ser Pelegrini, Nicolao condam Pilacage Somenzono, ser Pasqueto a Dosso, Gavardino condam Zoye, Zenario condam Pelossi, Michaelle condam Bixelle, Martino Fatabent, Bonfanto qui fuit de Archo, Chemino vacario, Iohanne condam Vivioni, Thebaudo condam ser Ognabeni ser Maffey, Bonolino eius fratre, Rivano condam Samoelli, Pegorino dicto Bastardo condam ser Iohanini Contrini, Gerardo notario condam ser Benevenuti, Iohanne dicto Monegato, Zanno condam Pauli Buzete, Lundo fabro^c condam ser Aymerici, Pegorario notario, Iohanne et Ognabeno fratribus condam ser Nicolay de domina Elena, Passio condam ser Federici condam magistri Passii phisici, Franceschino eius fratre, Iohanne condam magistri Gregorii phisici, Nicolao condam Florii Zenelli, Gardello condam Frigerii, Petro filio ser Alberti ab Ovibus, Pelegrino genero Fatabent qui fuit de Archo, Martino qui fuit de Tenno, Iohanne condam Picalovi, Brexano muratore, Benevenuto dicto Philipino, Menuto condam ser Zini, Iohanne condam ser Caxiani, Dominico condam Albertini a Mola, ser Ventura dicto Pelaloca, magistro Otello fabro, Antonio molinario, Nicolao condam Marcii, Nigrobono a Dosso, Chemino molinario, ser Quietino, Persibono condam magistri Benevenuti apotecarii, Venturino becario, ser Gisleberto qui fuit de castro Madrutii, magistro Iacobo cirologo filio ser Benevenuti notarii, Antonio condam ser Videsti, Simone condam ser Odorici de Castello, Nigro de Vedu, Bertondo condam ser Iohannis domine Iacobine, ser Tingo, Viviano apotecario, ser Passio Ochi, Iohanne ser Belafaremi, magistro Bertramo, ser Quito tusco, Dominico condam ser Iohannini notarii, Zanebono Pexati, Mucio condam ser Berti Rizo, ser Belafaremo dicto Malapello, Gavardino dicto Francalanze, Bovessino sartore condam Zagnini, Iohanne filio ser Martini Usanze, ser Cabrielle qui fuit de Garda, magistro Simonino tynctore, magistro Federico pictore, ser Petro Pandemey, Signa fillio ser Antonii Videsti, Iohanne condam ser Ecelini, Iacobo Maxicii, Thomassio condam Ca(uderini) Sandalino, ser Benino Valaroti, Iohanne condam ser Lippi, Iohanne condam ser Oteboni Goxe Trota, Zoaneto condam Bartolamei Malazape, Petro condam magistri Richeboni, Petro domine Terze, Henrico notario condam ser Francalanze, Venturino Bertoloti, Botura condam Macarii, Petro condam Sordelli, Iohanino Samoelli, Bartolameo filio ser Iohannis Picalovi, Rolandino fillio condam Manfredi Agnaynis, Antonio condam ser Dominici Simezelle, Nicolao filio ser Petri Pandemey et Peterzino de Portanova, omnes et singuli suprascripti qui erant due partes et ultra hominum terigenorum dicte terre Rippe et prefatus dominus Trentinus potestas una cum eis unanimiter et concorditer nemine disscrepante fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt disscretos et providus viros magistrum

^c r *superflua*

Vigillium phisicum condam magistri Gregorii phisici, dominum Iohannem condam domini Nicolay condam ser Ribaudi, ser Petrum condam ser Iacobini a Porta et ser Francisscum dictum Zuconum condam ser Maffezoli omnes predictos de terra Rippe diocesis Tridentine ibidem presentes et mandatum sponte recipientes eorum et dicte comunitatis et universitatis de Rippa quemlibet ipsorum in solidum ita quod ubi unus inceperit quilibet eorum possit assumere, mediare, prosequi et finire et quod preoccupantis condicio melior non existat syndicos, actores, procuratores, negotiorum suorum gestores et nuncios speciales et quidquic melius dici possunt generaliter in omnibus causis, placitis, litibus [.....]

Ego Iohannes condam ser Gottefredi de Rippa imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi meumque signum apposui consuetum.

1351 settembre 20, Riva del Garda *in domo habitationis Dominici quondam ser Iohanini notarii de dicta terra Ripe*

Tura del fu Ognabeni di Pranzo ottiene il permesso di vendemmiare l'uva marcia nel suo vigneto giacente nella regola di Clai nelle pieve di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 30 [A]. Nel verso: in fondo, della stessa mano del redattore del documento: «Instrumentum quomodo homines de Pranzio petiverunt a oficialibus de Ripa ut concederent graciam decernendi uvas in regulis Clay, Predalte et cetera»; in alto: «Carta ordinis vindemiandi et quod homines de Prancio petebant ab hominibus Rippae licentiam vindemiandi de anno 1351»; «N° 15 Carta ordinis vindemiandi et quod homines de Prantio petebant ab hominibus de Ripa licentiam vindemiandi. 1351 die 20 septembris». «C II N° XXXIV». «Capsula 3 numero 30 anno 1351».

(SN) In Christi nomine amen. Die martis XX^o mensis septembris, in Ripa diocesis Tridentine in domo habitationis infrascripti Dominici condam ser Iohanini notarii de dicta terra Ripe, presentibus Bellino aurifice condam ser Benevenuti de Verona, Çilinberto condam ser Broyni de dicta terra Ripe et Zulberto dicto Çivolman de villa Bececha vallis Leudri diocesis prefacte testibus ad hec et alliis specialiter vocatis et rogatis. Ibique Tura condam ser Ognabeni de Pranzio diocesis Tridentine predictae conparuit et se presentavit coram discreto viro ser Dominico condam ser Iohanini notarii de Ripa unaque in solidum cum ser Iacobo condam ser Iohannis Masicii de Ripa oficialibus deputatis et electis per sapientem et discretum virum dominum Trentinum terre Ripe et plebatus Teni et cetera honorabilem potestatem pro magnificis et potentissimis dominis dominis Cane Grande, Cane Francissco et Paullo Alboyno fratribus de la Scalla Verone dominis et dictarum terrarum Ripe, Teni, et cetera et per consiliarios et consilium dicte terre Ripe ad dandum verbum et licenciam quibuscumque habentibus, tenentibus et laborantibus vineas in plebato dicte terre Ripe vindimiandi, elligendi, discernendi et colligendi uvas putridas et alias non putridas, prout ipsis oficialibus melius videbitur expedire et convenire prout de ipsa electione patet publico instrumeto scripto manu mei Francisci dicti Pegorarii notarii infrascripti. Et ab ipso Dominico cum instantia petiit ut idem Dominicus tamquam officialis predictus terre Ripe predictae eidem Tura donet verbum et licenciam colligendi, elligendi et decernendi uvas putridas de vitibus suis quas habet, tenet et possidet in dicto plebato Ripe iacentes in regulla Clay ^a cui coheret dicte pecie terre iacenti in dicta regulla Clay ab uno latere comune, ab alio heredes condam ser Bonore de Pranzio, ab alio Dominicus condam ser Nigri de Pranzio et ab alio via publica forte et alii dicte petie terre sunt veriores confines, qui ser Dominicus inquisita et habita veritate quod in dictis vineis erunt multe uve putride et que de die in diem putredine destruebantur nec ullo modo poterant conservari dedit dicto Ture

^a et donum depennato.

verbum et licenciam dictas vineas putridas elligendi, decernendi et coligendi de vineis antedictis, per totam diem presentem videlicet die martis XX^o mensis settembris.

Anno Domini millesimo trecentessimo quinquagesimo primo, indictione quarta.
Ego Franciscus dictus Pegorarius notarius de Ripa filius condam ser Benevenuti notarii de Ripa imperiali auctoritate hiis interfui et rogatus scripssi.

1351 novembre 20, Riva del Garda

Il podestà Trentino *de Thocullis* di Ledro, cittadino di Trento, assolve Nicolò del fu Giovannone, Tura Bruciaferri, Tura figlio di ser Bonvesino, Giovanni del fu Bonora sindaco di Pranzo, Martino detto Paussa, Pietro detto Dierne del fu Negro e Giovanni detto Bachino, tutti uomini di Pranzo, accusati dai saltari di Riva di aver vendemmiato senza permesso.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 30 [A]. Nel verso della stessa mano del redattore del documento: «Hec est quedam scriptura prejudicialis illis de Prancio et utilis comunitati de Ripa».

In Christi nomine amen. Cum hoc sit quod edicto, ordinamento et refformatione hominum et comunitatis terre Ripe diocesis Tridentine statuatur et caveatur quod aliqua persona terrigena et forensis tenens et possidens vineas in plebatu Ripe non audeat nec presumat uvas coligere sine supraguardianorum ad hoc specialiter constitutorum per dictos homines et comunitatem vel saltem officialium infrascripti domini potestatis licencia et consensu et si quis contrafecerit puniatur pena C solidorum denariorum parvorum secundum quod de ipsis edicto, ordinamento et refformatione constat publico instrumento scripto sub signo et nomine Iohannis quondam ser Gotteffredi de Ripa notarii publici imperiali auctoritate et dictorum hominum et comunitatis scribe sub annis et indictione inferius annotatis, die lune XVIII^{or} mensis septembris, quorum edicti, ordinamenti et refformationis infrascriptos Nicolaum, Turam Brusafferri, Turam ser Bonvesini, Iohannem quondam Bonore, Martinum, Petrum et Iohannem dictum Bachinum de infrascripto anno tempore vindimie dicitur contemptores fuisse sicut plenarie constavit honorabili et sapienti viro domino Trentino iuris utriusque perito de Thocullis de Leudro civi Tridentine terre Ripe et plebatus Tenni et cetera diocesis Tridentine honorabili potestati pro magnificis et potentissimis dominis dominis Cane Grande, Cane Francisco et Paulo Alboyno fratribus de la Scala Verone et dictorum locorum et cetera dominis generalibus, rellatu et denuciatione Benevenuti dicti Phylippini quondam *****, Sthephani quondam Beffardini, Nigri dicti Morario quondam *****, Dominici filii Bertholdi quondam ser Dominici dicti a Dosso et Tomasii Lundolini ***** saltuariorum omnium possessionum, pertinenciarum [.....]^a et specialiter regullarum Clay fontis de subtus e... et spine pro dictis hominibus et comunitate. Ne igitur tale contemptum remaneat impunitum ne per hoc alii correctionis virgam a predicto domino potestate recipere vilipendant, idcirco idem dominus potestas inquisitionem contra predictos et infrascriptos denunciatos ex denunciatione predictorum saltuariorum instante ser Francisco dicto Çucono de Ripa suo nomine et tamquam sindaco et sindicario nomine dictorum hominum et comunitatis de Ripa et ipsorum denunciatorum etiam accusante inobedienciam et

^a *Macchia*

contemptionem delectatus fuit facere diligentem cuius namque inquisitionis tenor est suprascriptus et quorum denunciatorum nomina et prenomina sunt hec, Nicolaus quondam Çohanoni, Tura Brusafferri, Tura ser Bonvesini, Iohannes quondam Bonore syndicus hominum et comunitatis ville Prancii plebatus Tenni, Martinus dictus Payfa, Petrus dictus Dierne quondam Nigri et Iohannes dictus Bachinus omnes predicti de villa Prancii, qui omnes denunciati constituti ante presenciam prefati domini potestatis corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei evvangelia iuraverunt puram et meram confiteri et dicere veritatem de eo quod fuerint requisiti super predictis ac parere et obedire mandantis dicti domini potestatis suorumque successorum et officialium eorundem qui interrogati separatim per antedictum dominum potestatem lectis et vulgariçatis prius eisdem tamen divisim omnibus supradictis asseruerunt et sponte confessi fuerunt scriptos vindimiasse in dictis regullis tempore supradicto de consensu tamen verbo et licencia Iacobi quondam ser Iohannis Massicii et Dominici quondam ser Iohanini notarii dicti Didoy amborum de Ripa predicta supraguardianorum et officialium specialiter ad predictam per dictos homines et comunitatem de Ripa, negantes expresse hiidem denunciati se contempsisse predicta edictum, ordinamentum et refformationem ipsorum hominum et comunitatis de Ripa ymmo verius observasse eadem subicientes se ipsos ex nunc omnes et singuli supradicti de Prançio et quilibet eorundem observationi dictorum edicti, ordinamenti et reformationis ad honorem et statum dictorum hominum et comunitatis de Ripa predicta, et ea responsione sic facta per dictos homines de Prançio sepe dictus dominus potestas volens de predictis maturam inquerere veritatem interrogavit predictos Iacobum et Dominicum si eorum licencia et consensus intervenit super predictis dicto tempore qui unanimiter responderunt quod sic, et propterea dictus dominus potestas dictos denunciatione a predicta denunciatione et contentis in ea absolvit et absolutos esse pronunciavit. Acta denunciata, interrogata, pronunciata et declarata fuerunt omnia supradicta in dicta terra Ripe sub domo comunis ubi ius publice redditur, die dominico vigesimo mensis novembris, Nativitatis Dominice anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, quarta indictione, presentibus Iohanne quondam Bonati, Iohanne quondam Petri Pelegrini dicti de Royno, Buscheto quondam Çanini dicti a Valle omnibus predictis de villa Cologne dicti plebatus Tenni et Bonaventura nato ser Gabrielis de Garda Verone diocesis testibus ad premissa convocatis specialiter et rogatis.

Ego Iacobus quondam domini Allexandri de Tochullis de Leudro civis Tridentinus publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi meumque signum huic autentico apposui consuetum et me subscripsi in robur et testimonium predictorum. (SN)

1358 aprile 24, Riva del Garda

Lista dei contribuenti (con rispettivo coefficiente d'estimo) relativa alla *quadra* di Mezzo, stilata dai sindaci di Riva Pietro *Pandemei*, Passio del fu Federico, Domenico del fu Giovanni notaio, Pezino sarto e Aldrighetto notaio, estimatori del comune.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 31 [A].

Nel verso: «N° 52 Rotulli antiqui super dacia»; «C I N° XX VII»; «Capsula III numero 31 anno 1358»

Rodollus quadre de Medio dacie impositae per syndicos comunis Rippe ser Petrum Pandemei, Passium condam ser Federici, Dominicum condam ser Iohanini notarii, magistrum Pezinum sartorem et ser Aldrighetum notarium, de millesimo III^c LVIII, indictione XI^a, die XXIII^{to} mensis aprilis.

§ Lundus faber	III ^{or}	libre	XV	solidi	
§ Zoanetus Malazape			XXV	solidi	
§ Petrus Richeboni			XXI	solidi	
§ Bartolameus Lundolini			XVIII	solidi	
§ Heredes condam Martini de Turbullis			XXII	solidi	
§ Heredes condam Iohannis de Pre			XV	solidi	
§ Thomas condam Iohannis Goxe	III ^{or}	libre	XI	solidi	VI denarii
§ Zaninus de Materno			VI	solidi	
§ Franceschinus condam ser Iohannis Goxe			XX	solidi	
§ Hengelerius de Brenzono			X	solidi	
§ Gabriel de Garda et eius uxor			XIII	solidi	VI denarii
§ Morganus nauta			X	solidi	
§ Matheus de Sopramonte			X	solidi	
§ Luterius de Verona			XV	solidi	
§ Merlinus condam Boture			XXXV	solidi	
§ Iacobus dictus Presbiter			XLVIII	solidi	
§ Graciadeus Pelalocha			XV	solidi	
§ Bonfantus qui fuit de Archo			XVI	solidi	
§ Heredes condam Thebaldi ser Maffey	III	libre	V	solidi	VI denarii
§ Odoricus de Roncono			XXXIII	solidi	
§ Stephanus Befardini	III	libre	III	solidi	
§ Muta			VIII	solidi	

§ Rachagninus			XLIII	solidi	
§ Heredes condam Bonolini	III	libre	II	solidi	VI denarii
§ Rivanus Samoelli	V	libre	VII	solidi	
§ Iohannis et Ognabenus fratres	XXXIII ^{or}		VIII	solidi	
condam ser Nicolai	libre				
§ Heredes condam ser Anthonii de Leudro	VI	libre	X	solidi	
§ Heredes condam Symonelle			X	solidi	
§ Heredes Faustini condam Petri becarii			XXVII	solidi	
§ Fusarius			V	solidi	
§ Iohannis fratrum			XXVIII	solidi	
			cum eius uxore		
§ Antoniollus de Tremossin			V	solidi	
§ Iohannes de Blasseza			V	solidi	
§ Bonfantus de Mals(esine)			VIII	solidi	
§ Bovardus de Lemono			V	solidi	
§ Dominicus condam ser Iohanini	XI	libre	XV	solidi	
§ Iohannes condam Bonore Drogi	III ^{or}	libre			
§ Lodovicus eius frater	VII	libre	III	solidi	
§ Heredes condam Iohannis Pize	XI	libre			
§ Pegorarius notarius	VIII	libre	XIII	solidi	
§ Salvator de Saono	XX	libre	II	solidi	VI denarii
§ Iohannes domine Terze			XXXIII	solidi	
§ Magister Pezinus sartor	XVI	libre	III	solidi	
§ Domina Yema condam Bartolamei Adam	III	libre	XV	solidi	
§ Anthoninus Videsti	III	libre	VI	solidi	
§ Heredes condam Liazari			XLVIII	solidi	
§ Franciscus Videsti	VII	libre	III	solidi	
§ Nicolaus Cantoni			XI	solidi	
§ Sandalinus de Lemono	VI	libre	III	solidi	
§ Heredes condam Franceschini domini Pasqualini	XXI	libre			
§ Domina Francisca apotecaria	V	libre			
§ Guardinus domini Libanorii	III	libre			
§ Iacobus condam Angnelli			X	solidi	
§ Dominus Federicus de Castrobragerio	III	libre	XV	solidi	
§ Iohannes Salamonis			L	solidi	
§ Domina Selva			XLIII	solidi	
§ Albertus Baruzini	VIII	libre	X	solidi	
§ Passolinus Chessii			XXXIII	solidi	
§ Bertazolla			XVII	solidi	

§ Thomas Lundolini			XVII	solidi	
§ Domina Florenza uxor Prevedi			XXVII	solidi	
§ Maynetus cerdo	VIII	libre	XIII	solidi	
§ Cafblanchus			XXV	solidi	
§ Iohannes Celini	XVII	libre	XIII	solidi	
§ Dominicus de Cologna notarius			L	solidi	
§ Dominicus condam ser Mate			XXIII	solidi	VI denarii
§ Heredes condam ser Iacobi de Pilcando			LV	solidi	
§ Heredes condam Iohannis Ambrossii	XII	libre	II	solidi	
§ Nicolaus dictus Petaronus cum eius uxore	III	libre	VI	solidi	
§ Martinus Galucii	III ^{or}	libre	VIII	solidi	
§ Philipinus			XXVIII	solidi	
§ Stephaninus de Gargnano cerdo			V	solidi	
§ Martinus domine Terze	III ^{or}	libre	I	solidus	
§ Heredes condam Berardi			XI	solidi	
§ Heredes condam Michaelis parolarii			XIII	solidi	
§ Heredes condam Iohanini becarii	VII	libre	XIII	solidi	
§ Domina Lionor			XXVI	solidi	
§ Delaydus Ottolinii	VIII	libre	V	solidi	
§ Petrus Pandemey	X	libre	III	solidi	VI denarii
§ Heredes condam Brexanini Rachemboni	III	libre			XII denarii
§ Heredes condam Iohannis Pizenini	III	libre	XVI	solidi	
§ Vivianus de Malssesine			XX	solidi	
§ Martinus de Tenno			XLVII	solidi	
§ Domina Bertolina			V	solidi	
§ Pelegrinus Fatabent			XVI	solidi	
§ Ventura Pelalocha	III	libre	VI	solidi	
§ Cheminus molinarius qui fuit de Archo			V	solidi	
§ Cognevutus et eius fratres de castro Campi	XXII	libre	X	solidi	
§ Petrus condam Marcii			XLIII	solidi	
§ Martinus condam Galucii			XXVII	solidi	
			pro campo fratrum		
§ Pelegrinus frater Bertazole			VII	solidi	VI denarii

Summa CCC° LXXII libre XX[.] solidi e VI denarii

Summa sumarum mille II^m VI libre et XVII solidi

1359 aprile 4, Riva del Garda

Lista dei contribuenti (con rispettivo coefficiente d'estimo) relativa alla *quadra* di Mezzo stilata dai sindaci di Riva *ser Zuconus*, *ser Pietro Pandemei*, *Passio del fu Federico*, *ser Aldrighetto notaio* e *Bertoldo del fu ser Giovanni Faustini* eletti come estimatori.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 29 [A].

Nel verso: «N° 40 Rodolus de quadra Medii Rippe [.....]»; «C II N° XCIX»; «Capsula 3 numero 29 anno 1359».

Rodollus quadre de Medio dacie impossible per *ser Zuconum*, *ser Petrum Pandemei*, *Passium condam ser Federici*, *ser Aldrigetum notarium*, *Bertoldum condam ser Iohannis et Bartholomeum condam ser Iohannis Faustini omnes syndacos de Rippa ellectos ad predicta die XXV marcii sub millesimo III^c LVIII indictione XII^a. Die III^{to} aprilis scripta et posita fuit dicta dacia per dictos homines de Rippa.*

§	Lundus faber condam ser Aymerici	III	libre	I	solidus	
	§ Zoanetus Malazape			XVII	solidi	
p §	Petrus condam Richeboni			XIII	solidi	
p §	Bartolameus Lundolini			X	solidi	VI denarii
	§ Heredes condam ser Martini			XX	solidi	
	Xoichi de Turbullis					
	§ Heredes condam Iohannis de Pre			VIII	solidi	
	§ Uxor Zanini de Materno			III	solidi	
d §	..yonis nauta			III	solidi	
	§ Thoma condam Iohannis Goxe	III	libre	XVIII	solidi	
p §	Franceschinus frater dicti Thome			XX	solidi	
	§ Hengelerius de Brenzono			X	solidi	
d §	Luterius de Verona			VIII	solidi	
p §	Uxor ser Cabriellis de Garda			X	solidi	
p §	Iacobus dictus Prevedus			XXXI	solidi	VI denarii
p §	Graciadeus Pelalocha			V	solidi	
p §	Bonfantus qui fuit de Archo			XI	solidi	
	§ Heredes condam Thebaldi ser			XLII	solidi	
	Maffey					
p §	Odoricus de Roncono			XXI	solidi	
p §	Stephanus condam Befardini			XLII	solidi	
	§ Heredes condam Benoni					
	§ Muta			VII	solidi	

	§ Racagninus			XXXII	solidi	
	§ Heredes condam Bonolini ser Maffey			XL	solidi	
	§ Rivanus condam Samoelli	III	libre	XVII	solidi	
p	§ Iohaninus et Ognabenus fratres condam ser Nicolai	XXI	libre	XVIII	solidi	
	§ Heredes condam ser Antonii olim sindici Leudri	III	libre	XII	solidi	
	§ Iohannes condam Symonelle			VI	solidi	
	§ Heredes condam Faustini Petri becarii			XVII	solidi	VI denarii
	§ Fusanus mensurator			V	solidi	
	§ Benevenutus condam Zagani de villa Gargnani			VIII	solidi	
	§ Dominicus condam ser Iohanini notarii	VII	libre	XVII	solidi	
p	§ Iohannes Bonore Drogi			XL	solidi	
p	§ Lodovicus frater dicti Iohannis	IIII	libre	VIII	solidi	
	§ Domina Plaxade et eius filia	VII	libre			
	§ Pegorarius notarius	V	libre	XI	solidi	
	§ Salvator de Saono	VIII	libre	XII	solidi	
	§ Andreas cerdo cum euis uxore			XIII	solidi	
	§ Heredes condam magistri Pezini sartoris	X	libre	VIII	solidi	
	§ Domina Yema Bartolamei Adam			XL	solidi	
	§ Antonius condam ser Videdi			XLII	solidi	
	§ Heredes condam Liazari			XXXI	solidi	
	§ Petrus condam Mutii			XXVIII	solidi	
	§ Franciscus Videdi	IIII ^{or}	libre	XI	solidi	
	§ Domina Margarita uxor Nicolai Cantoni			VI	solidi	
	§ Sandalinus	III	libre	XVIII	solidi	
	§ Uxor Franceschini condam ser Federici	XIII	libre	VII	solidi	
	§ Domina Francisca uxor condam Symonis apotecarii	III	libre	IIII ^{or}	solidi	
	§ Heredes condam ser Federici de Castrobragerio			XL	solidi	
	§ Guardinus condam domini Libanorii			LII	solidi	VI denarii
	§ Iohannes condam Salamo<n>is			XXXII	solidi	
	§ Domina Selva Maralde			XXVIII	solidi	
	§ Albertus Baruzini	V	libre	V	solidi	
	§ Paxollinus Chessii			XXI	solidi	VI denarii

	§ Bertazolla de Padaro			XV	solidi		
	§ Thomas Lundolini			VIII	solidi		
p	§ Domina Florenza uxor P<re>vedi			XVII	solidi	VI	denarii
	§ Maynetus cerdo	III ^{or}	libre	XVIII	solidi		
	§ Cafblancus			XX	solidi		
	§ Iohannes condam ser Ecelini	XII	libre			XVIII	denarii
	§ Dominicus condam Sinate			XIII	solidi	VI	denarii
	§ Heredes condam ser Iacobi de Pilcando			XXX	solidi		
	§ Franceschinus condam magistri Iohannis Ambrossii	VII	libre	XI	solidi		
	§ Martinus condam Galucii			LVI	solidi		
	§ Benevenutus dictus Philipus			XVIII	solidi	VI	denarii
	§ Martinus domine Terze			LI	solidi		
	§ Heredes condam Berardi			VII	solidi		
	§ Iohanna condam Michaelis parolarii			VIII	solidi		
	§ Franceschus condam Iohanini ser Martini	III ^{or}	libre	XVIII	solidi		
	§ Heredes condam domine Maffee			V	solidi		
	§ Domina Lionor			XVIII	solidi		
	§ Delaydus Octolini	V	libre	X	solidi		
	§ Petrus Pandemeii	VI	libre	X	solidi		
	§ Heredes condam Brexanini Rachemboni			XXXVIII	solidi		
	§ Heredes condam Dominici Pizenini			XLVIII	solidi		
	§ Heredes Cagaarbeye			V	solidi		
	§ Cheminus molinarius			III	solidi		
	§ Martinus de Tenno			XXVIII	solidi		
	§ Pelegrinus Fatabent			VII	solidi		
p	§ Ventura Pellalocha			XXVIII	solidi		
	§ Cognevutus et fratres eius de castro Campi	XI	libre	XVI	solidi		
p	§ Morganus			VII	solidi	VI	denarii
	§ Matheus de Sopramonte			VII	solidi	VI	denarii
	§ Salvagnus nauta			III	solidi		
	§ Antonius nepos condam magistri Marci			III	solidi		
	§ Domina Angnes condam ser Manenti			XV	solidi		
	§ Bonfantus condam qui fuit de Malssesine			III	solidi		
	§ Benardus de Lemono			III	solidi		
	§ Dominicus de Cologna notarius			XX	solidi		

§ Antoniollus de Tremossino	III	solidi
§ Iohaninus fratrum	V	solidi
§ Iacobz Angnelli	VIII	solidi
§ Berezevudus ser Aldrigeti notarius	XXXI	solidi
§ Stephanus condam Bonini	V	solidi

Summa CCXXX libre M C VII denarii

Tariffario del dazio della muta dell'anno 1370.

ASCR, Libro giornale n.25 (1370-1570), cc.1-2.

Ordo mute Domini Domini nostri in terra Ripe factus de anno MCCCLXX indictione VIII^a.

Primo	libra I			tridentinorum parvorum pro quolibet plaustro salis minuti pro introytu, et si ydem mercator qui conduxerit extra nichil solvat pro exitu et si alia persona extraherit extra episcopatum solvat tantundem ut supra.
Item	solidi XVI			pro quolibet plaustro salis grossi pro introytu et si exieret per eundem mercatorem vel per aliam personam solvat tantundem.
Item	solidi XVI			pro qualibet stara valanie pro introytu et si exiret extra portum vel portam solvat tantundem si mutaverit mercatorem.
Item	solidi	I	denarii VIII	pro quolibet modio oleii pro introytu.
Item	solidi	II		pro quolibet modio oleii pro exitu extra territorium potestarie terre Ripe.
Item	solidi	I		pro caro manzoli etatis unius anni pro introytu portus, et si conduceretur extra episcopatum per portum solvat etiam, et si extraeretur extra episcopatum per alium mercatorem solvat tantundem, inteligendo per portum.
Item	solidi VIII			pro quolibet plaustro vini pro exitu, tantundem si conduceretur per portum pro introytu.
Item	solidi	I	denarii VIII	pro quolibet centenario lini pro introytu et si conduceretur per alium mercatorem extra episcopatum solvat tantundem pro exitu.
Item	solidi	I		pro quolibet centenario stope pro introytu.
Item	solidi	II		pro quolibet caro gazarie pro introytu et pro exitu ut supra, solvat tantundem si mutaverit mercatorem.
Item	solidi	II		pro quolibet caro vesteario pro introytu et pro

				exitu ut supra solvat tantundem si mutaverit mercatorem.
Item	solidi	II		pro quolibet bove pro exitu qui aduceretur extra episcopatum et pro introitu si conduceretur extra episcopatum et pro introitu si conduceretur de alieno episcopatu, et si exieret per alium mercatorem solvat tantundem vel mutaverit alium mercatorem solvat.
Item	solidi	I		pro qualibet vacha dicta conditione superiori.
Item	solidi	V		pro quolibet equo ingesto et equa pro exitu.
Item	solidi	X		pro quolibet equo integro pro exitu.
Item libra	I			pro quolibet equo grosso pro exitu.
Item	solidi	I		pro quolibet asino et asina.
Item		denarii	IIII ^o	pro quolibet porco, vitulo, castrono, pecude, capra et becho pro exitu et si conducerentur porti de alieno episcopatu quam de episcopatu Tridentino solvat pro introitu.
Item		denarii	II	pro qualibet mezena pro exitu solum per portum.
Item		denarii	VI	pro quolibet quarterio carnum bovine, vache pro exitu solum per portum.
Item		denarii	XII	pro qualibet barille pegole pro exitu.
Item		denarii	XII	pro qualibet barille pegole pro introitu.
Item		denarii	IIII ^o	pro quolibet penso casey pro exitu.
Item	solidi	V		pro quolibet centenario sonzie, buterii, rami, papir pro introitu.
Item	solidi	V		pro quolibet centenario azelorum pro introitu.
Item		denarii	IIII ^o	pro qualibet petia pig<n>olati pro introitu, et si mutaret mercatorem et si conduceretur extra episcopatum Tridenti solvat tantundem.
Item	solidi	X		pro qualibet soma pig<n>olati, pani, lini pro introitu.
Item	solidi	X		pro qualibet soma lane pro exitu.
Item	solidi	X		pro qualibet soma pisium pro introitu.
Item libra	solidi	X		pro qualibet soma pisium pro exitu si dictos pises venderentur extraneis personis.
Item	solidi	X		pro qualibet soma capelorum tam lane quam ferri, selarum, centurarum et scutorum pro exitu et si mutarent mercatorem solvant tantundem iterato.
Item	solidi	V		pro quolibet centenario brunzii et otoni pro

				introytu et si dicte mercimonie mutarent mercatores iterato solvant tantundem
Item			denarii IIII ^o	pro qualibet galeta orbagarum pro introytu, et si portarentur extra teritorium Ripe solvat aductor denarios VI pro qualibet galeta
Item libra	I			pro qualibet nave lignaminis larexi et pini pro domibus pro exitu.
Item	solidi	X		pro qualibet sandulo grosso lignaminis pro exitu.
Item	solidus	I		pro quolibet plaustro traborum videlicet trium traborum et X catenorum pro exitu.
Item			denarii IIII ^o	pro quolibet plaustro asidum pro exitu.
Item			denarii VI	pro quolibet faxo astarum pro exitu.
Item			denarii IIII ^o	pro quolibet pense raxe pro introytu.
Item			denarii XV	pro quolibet modio folei rosi pro exitu quod modius est minalium X
Item			denarii VI	pro qualibet cropa laborata pro introytu.
Item			denarii IIII ^o	pro qualibet spala laborata pro introytu si conducerentur de alieno episcopatu, si conducerentur extra episcopatum vel versus Turbulas portarentur per forenses tantum solvat.
Item			denarii II	pro quolibet flacho ut supra dictum est de spala.
Item	solidi	X		pro qualibet soma aliorum pelium tam laboratarum quam non si conductorentur de alieno episcopatu pro introytu, et si mutarent mercatores dicte pelles emptor solvat dictarum pelium iterato tantum.
Item			denarii IIII ^o	pro quolibet vaselo dovarum picii pro exitu.
Item			denarii VIII	pro quolibet vaselo dovarum larixi pro exitu, qui sit XLV denariorum videlicet vaselus.
Item	solidi	I		pro qualibet vegete nova pro introytu.
Item	solidi	II	denarii VIII	pro qualibet soma lapidum prede laboratarum a falcis pro introytu et <si> dicte res mutarent mercatores solvat tunc emptor ipsarum pro exitu.
Item	solidi	II	denarii VIII	pro qualibet soma ferri pro introytu si dictum ferrum conductoretur de alieno episcopatu et tantundem solvat si mutaverit mercatores.
Item	solidus	I	denarii VIII	pro quinquaginta (viazorum) aleii pro introytu.
Item	solidi	V		pro quolibet plaustro civolarum pro introytu.

Item	solidi	V		pro qualibet vegete terre ^a a colori pro exitu.
Item	solidi	III		pro quolibet centenario scartezarum pro exitu.
Item	solidi	X		pro qualibet soma falzarum pro exitu.
Item	solidi	V		pro qualibet <soma> ferri scartati pro exitu.
Item	libra	I		pro quolibet plaustro salis quod iret extra episcopatum vel versus Turbulas intelligendo salem emptum in terra Ripe.
Item			denarii VI	pro qualibet galeta salis que portaretur extra episcopatum.
Item			denarii IIII ^o	pro quolibet pense presorii pro exitu.
Item	solidi	V		pro quolibet centenario cere pro introytu.
Item	solidi	II		pro quolibet modio melis pro exitu.
Item			denarii XX	pro quolibet modio melis qui conducerentur de alieno episcopatu pro introytu.
Item	solidi	X		pro qualibet soma mercandie pro introytu pondus pensium XV.
Item			denarii XX	pro quolibet modio oleii orbagarum pro introytu.
Item	solidi	II		pro quolibet modio oleii predictorum orbagarum pro exitu.
Item	solidi	X		pro quolibet mulo integro pro exitu.
Item	solidi	V		pro quolibet mulo castrato et mulla pro exitu.
Item			denarii IIII ^o	pro quolibet pense largati pro exitu.
Item	solidi	II		pro quolibet bove qui conduceretur per teritorium (Ledrum) et (Tergalium) si nati ^b conduceretur per terram Rippe.
Item	solidi	II		pro qualibet bestia grossa, bove vel vacha qui et que venirent de Turbulas si non essent nati in vale Lagarina, et qui nati non essent in dicta vale teneantur solve.

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano.

^b Scritto sopra il rigo

A)

Elenco dei beni appartenuti a Buscheto di Bolognano, abitante a Riva, lasciati al comune come legato e per i quali deve essere sostenuto dai sindaci del comune di Riva ogni anno un anniversario in ricordo di detto Buscheto.

ASCR, Libro giornale 25 (1370-1570), c. 3-4.

Il registro 25 presenta, alle cc. 3-4, una serie di scritture non datate che il riscontro dei nomi nella documentazione permette di considerare approssimativamente della seconda metà del Trecento. Si è deciso di riportarli sotto lo stesso numero di appendice, pur trattandosi di documenti autonomi e di diversa datazione, indicandoli singolarmente con lettere alfabetiche.

Per quanto riguarda legato A) è databile tra il 1360 e il 1370: tra i confinanti del primo terreno sono indicati gli eredi del fu Salvatore *de Savono* che sappiamo essere vivente almeno fino al 1359, anno in cui compare tra i nominativi della lista fiscale per la quadra di Mezzo (vedi appendice 31). L'altro confinante Grandonio *de Savono* è sicuramente morto nel 1371 quando i suoi eredi eleggono dei procuratori per tutelare i loro affari. (vedi app. 37). Il documento B) è databile dopo il 1350 poichè Pasqueto *a Dosso* compare tra i partecipanti all'assemblea generale del 1349 (vedi app. 27). Per il documento C), non si è trovato alcun riferimento per la datazione: si sa solo che i Timonella che compaiono tra i confinanti dell'ultimo legato si trovano a coprire cariche comunali nella prima metà del 1400.

Bona comunis terre Ripe que bona fuerunt olim Buscheti qui fuit de Bolognano de ultra Sarcham plebatus Archi olim terre Ripe diocesis Tridentine habitatoris, pro quibus bonis debet fieri omni anno perpetualiter aniversarium situm per syndicos comunis Ripe qui sunt vel pro tempore erunt.

Primo pro una petia terre aratorie et vineate posita in plebatu de Ripa in loco ubi dicitur a Riva vecla cuius petie terre hii sunt confines, ab uno latere choerent heredes condam Dominici Sinate de Ripa, a alio latere coherent heredes condam Salvatoris de Savono etiam ser Grandonius de Savono, Ripe nunc habitatore et capite uno via comunis.

Item decima unius petie terre aratorie et olivate posite in territorio Ripe in loco ubi dicitur ad fontanam Sancti Francisi, ab una parte possidet domina Maria uxor ser Rebelini, ab alia iura monasterii Sancti Francisi, ab uno capite via, quam petiam terre tenet comune Rippe.

Item decima unius petie terre vineate posite in Fangolino ab una parte possidet Loysius condam ser Benevenuti notarii, ab alia via comunis, ab uno capite via comunis, quam petiam terre tenet Petrus Sordeli a comune Ripe.

Item decima unius petie terre vineate et aratorie posite in dicta contrata ab una parte iura comunis Ripe, ab alia Benavenuta condam Bersanini de Ripa, ab uno capite via comunis Ripe, ab alio capite iura comunis Ripe quam petiam terre tenet Loysius condam ser Benevenuti notarii de Ripa.

B)

Elenco dei beni appartenuti a Pasqueto *a Dosso* di Riva lasciati al comune come legato e per i quali deve essere sostenuto dai sindaci del comune di Riva ogni anno un anniversario in ricordo di detto Pasqueto nella chiesa di Santa Maria.

Bona comunis terre Ripe que bona fuerunt condam ser Pasqueti a Dosso de Ripa, pro quibus bonis debet fieri omni anno perpetualiter aniversarium unum in ecclesia maiori Sancte Marie plebis de Ripa per syndicos comunis terre Ripe Tridentine diocesis qui sunt et pro tempore erunt.

Primo una petia terre prative posita in plebatu Ripe Tridentine diocesis in loco ubi dicitur a Vale, cuy petie terre hii sunt confines ab uno latere coheret *****
Item domus comunis que fuit apud portam Brusatam.
Item domus que fuit Martini de la Fatabent.

C)

Elenco dei beni appartenuti alla signora Maria detta Mariota di Tremosine, moglie del fu Angelino di Trento, pescatore e abitante di Riva, lasciati come legato al comune di Riva e per i quali deve essere sostenuto dai sindaci di Riva un anniversario all'anno per dieci anni in memoria di detta Maria nella chiesa di Santa Maria, al prezzo di 20 soldi per ogni anniversario.

Bona comunis Ripe diocesis Tridentine que fuerunt condam domine Marie dicte Mariote de Tremosino uxeris olim Anzelini pischatoris de Tridento habitatoris Ripe, pro quibus bonis debet fieri omni anno usque ad decem annos aniversarium unum in ecclesia maiori Sancte Marie plebis de Ripa per syndicos comunis terre predictae Ripe qui sunt vel pro tempore erunt pretio solidorum XX pro quolibet aniversario.

Primo una domus posita in terra Ripe in quadra Ecclesie apud ecclesiam dicte plebis Sancte Marie de Ripa, et a duabus partibus possident heredes condam Antonii (Toma)sini, de ante via comunis.

Item una domus posita in dicta terra Ripe in quadra Ecclesie apud dictam domum et ecclesiam predictam et viam publicam.

Item unus ortus positus in loco ubi dicitur ai Orti in castello apud Bertholinum condam Baturi Nicolini et comune Ripe et apud viam.

Item una pecia terre olivate posita in plebatu Ripe in loco ubi dicitur ad Sanctum Aleyandrum que fuit Florii condam Nicholaii Florii de Ripa apud et super monte Brioni apud Gasparinum filium Iohanini Timonelle a parte inferiori (Boroyus) de Gavazo et a parte superiori domina Blaxia condam ser Ognabeni de dona Elena.

1371 febbraio 23, Riva del Garda *sub domo comunis*

I cittadini di Riva, riuniti nel consiglio (arengo), su mandato di Giovanni di Calavena, podestà di Riva per conto di Cansignorio della Scala, vicario imperiale di Verona, Vicenza e di Riva, eleggono Passio del fu ser Federico e Giovanni del fu Ezzelino di Riva sindaci, autori, procuratori, *factores* e nunzi in ogni causa della comunità di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 34 [A].

Nel verso: «[.....] hominum de comuni Rippae 1371»(seconda mano); «N° 7 Procuratus seu sindicatus hominum comunis Rippae anno 1371»; «C III N° XXIX»; «Capsula 3 numero 34 anno 1371».

(SN) In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem millessimo trecentesimo septuageximo primo, indictione nona, die dominica vigesimo tertio mensis februar[ii]^a, in terra Ripe Tridentine diocesis, sub domo comunis eiusdem ubi ius publice redditur, presentibus ser Francisco dicto ser Çuchono condam ser Maphei, Alberto condam Bonomi dicti Ba(niçini), Nicolao condam Florii Zeneli, Lioneto condam Çelini, Petro condam Richemboni, Iacobo et Iohanne fratribus condam Brexanini, omnibus predictis de dicta terra Ripe testibus et alliis quampluribus ad infrascripta vocatis et rogatis. Ibique convenientibus in unum in loco consueto ad sonum campane in publico consilio et concione, more solito congregatis infrascriptis consiliariis et singularibus hominibus terrigenis et alliis habitantibus in dicta terra Ripe, ad sola infrascripta tractanda, disponenda, ordinanda et peragenda de consensu, voluntate, mandato et decreto [.....]^b nobilis viri domini Iohannis de Calavena, honorabilis potestatis dicte terre Ripe et cetera pro magnifico et potentissimo domino Canesignorio de la Scala, Verone, Vicentie et cetera, nec non dicte terre Ripe imperiali vicario generali, videlicet Francisco dicto Pegorario notario condam ser Benevenuti notarii, Pixono notario et Bartholomeo fratribus et filiis condam ser Iohannis condam ser Fostini, Iohanne notario condam ser Gotefredi, ser Grandonio condam ser Maphei de Sahono superiori, Cemino condam magistri Vexineli de Materno, Delaido et Otolino fratribus condam ser Iohanini, ser Anthonio condam Videsti, Nicolao condam ser Iohanini Contrini, Alexio condam Paxini de Turi, Bonapaxio et Parisino fratribus condam Iohannis Bruti de Beçecha, Tonolo condam Prandini et Begnuto eius fratre de Materno, Antonio condam Lionexii de Brenzono, Teurezolo condam Iohannis Mornoli, Gusmerino condam Parisini de Beçecha, Francescino dicto Zibola condam Iohannis Goxe et Tomaxio dicto Tazio eius fratre, Perono condam Carfioli de Montagna, Venturino bechario condam ser Delaidi de Ramadelo superiori, Iacobo Zerbengni condam Benevenuti Agnelini,

^a Pergamena lacera nell'angolo in alto a destra.

^b Macchia scura che impedisce la lettura

Bono condam Martini de Turbulis, Lioneto condam Çelini, Bertolino condam Iohannis Grufi de Gargnano, Delaido de Palma condam Iohannis Pexati, Francescino dicto Mozinato condam Mozini, Martino condam Pederçini de Portanova, Simone condam Paxolini Falziroli, Pelegrino .oiate condam Iacobi de Pomarolo, Lundo fabro condam Aimerici parolarii, Iohanne condam Francisci dicti Pupani, Antonio condam Bartholamei de Tortona, Iohanino dicto Temonela condam Dominici de Grufis de Gargnano, Iohanne et Petro dicto Scala fratribus condam Bartolamei de Calmasino, Bartholameo et Tomaxio fratribus condam Lundolini, Francisco et Bertholdelo fratribus condam Iohannis Bertholdeli, Iohanne et Simeone fratribus condam ser Ognabeni referendo ad Iohannem, et ser Benedicti ad Simonem referendo de Verona, Martino Perno condam Lamperdi de Pergamo, Benedicto bechario condam Graciadei, Tonolo condam Iohannis de Vestino, Martino condam Gardeli, Nicolao condam domini Veronexii de Zendratis de Verona, Simone de Vale Municha, Paxoto condam Salvatoris de eodem loco, Stefano condam Iacobini Befardini, ser Iacobo a Tovais de Montagna, Iohanne dicto Simonela condam Simonis, Venturado dicto Budela condam Iohannis dicti Budele, Dominico dicto Menego condam ser Iohanini Didodi notarii, Loisio condam ser Benevenuti notarii, Nicolao dicto Zerachino condam Nascimbeni de Tusculano, Antonio magistri Marchi filii condam Francisci de Murio, Iohanino dicto Cafdenoto condam Iacobini Galinerii de Blaseça, Bartholameo condam Nicolai Berthi, Nicolao condam Rivani dicti Cafblanchi, Iohanne condam Nicolai dicti Bovardi de Limono, Iohanne de Vale Municha, Benevenuto dicto Filipino condam Delavancii de Veduto, Petro Rubeo condam Martini Terçe, magistro Valarino aurifice filio Bertolini de Advochatis de Pergamo, Dominico condam Petri de Varignano, Martino condam ***** de Tenno, Marcho condam Dominici de Fraporta, magistro Paxino sartore condam Petri de Nomio, magistro Betino pilipario condam Fedregini de Pergamo et magistro Anthonio eius fratre, Bartholameo dicto Vitono condam *****, Iohanne condam Tomaxii fusarii, Benevenuto Zopo condam ser Alberti de Leudro, Anthonio condam Cafblanchini, Benevenuto dicto Alexiolo condam Alexii, Anthonio dicto Priore condam Iohannis de Pre, Anthonio condam Pasqueti, Paulo et Anthonio dicto Beriola condam Negrini de Vignis, Bertholino Delelguardi, Iohannes dictus Zanús condam Berthoni de Pregasina, Chemino vachario, Paxolino dicto Masinela condam Chemini fusarii, Francescino condam Tomasini calzolarii, Nicolao condam Vancii, Gavardino condam ser Federici Franchalange de castro Campi, Boneto condam Albertini de Sermiono, magistro Delaido condam ***** a Vegetibus de Sermiono, Alberto condam Odorici de Campanea, Nascimbeno molinario condam Nicolai Pilacage, Andrea condam Zanini, Iacobo dicto Palina condam Paleti de Sermiono, magistro Belinus aurifice condam Benevenuti de Verona, Paulo condam Silvestri de Vigo, Petro condam Alberti de Campo, Petro condam Petri Melioli, Nicolao dicto Mantuano condam Luchini de Mantua, Persibono condam magistri Benevenuti ypothecarii, Nicolao et Ognabeno fratribus condam Iohannis Vivioni, Bonaventura dicto Usurario condam Brexanini, Comelo condam Alcherii de Georegio, Andrioto filio Petri Richemboni, Bartholameo condam Montesorii de Costarmata, Iohanne condam Bonore condam ser Viviani, Bonapaxio et Iacobo fratribus condam magistri Fostini, Petro condam Rivani dicti

Sordeli, Dominico condam Bertoldi a Dosso, Dominico dicto Bomenzono condam Nascimbeni a Dosso, Iohanne condam Rivani dicti Canuxii, Bonomo condam Martini de Padarno, Rivano dicto Zainerolo condam Dominici a Mola, Bonvesino dicto Bozio condam Paxini de Pranzo, Bonaventura filio Iohannis Manaroli de Turi, Paxolino condam Chexii, Nicolao dicto Patarono condam Odorici, Iohanne condam Nicolai Pandemei, Martino Gausingolo condam ***** de Tenno, Tomaxio dicto Tanferio, Luterio fratribus condam Nicolai Luterii, Iohanne condam Menuti, Anthonio condam Iohannis Toscani, magistro Anthonio dicto Brexano muratore condam Dominici de Vignis, Iohanne condam Clarani, Pedibono condam Nascimbeni de Zeniga, Tomaxio condam Delaidi dicti Calderini, Francisco et Betino fratribus condam Iohannis Salamonis, Bertolino condam Boture Merlini, omnibus et singulis antedictis existentibus ultra verum numerum duarum partium hominum terrigenarum dicte terre Ripe ad hec infrascripta peragenda et ordinanda, habilibus et sufficientibus, ipsi enumerati omnes et singuli ac prefatus dominus Iohannes potestas, una cum eis unanimiter et concorditer ac eorum nemine discrepante omni materie, modo et forma quibus melius et validius potuerunt, fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinauerunt discretos viros Paxinum condam ser Federici et Iohannem condam Ycelini de dicta terra Ripe, ambos ibidem presentes et huiusmodi mandatum sponte suscipientes suos et dicte comunitatis ac universitatis eiusdem terre Ripe utrumque ipsorum Paxii et Iohannis in solidum, ita quod ubi unus eorum inceperit, alter possit assumere, mediare, prosequi et finire et preoccupantis conditio melior non existat, syndicos, actores, procuratores, factores, negotiorum suorum gestores et nuncios speciales et quidquid melius et ulterius dici possunt generaliter in omnibus et universis antedictae comunitatis et universitatis causis, placitis, litibus et questionibus, quas dicta comunitas et universitas ac universi et singulares homines ipsius comunitatis et universitatis habent vel sperant et intendunt habere contra quamlibet personam, tam eclesasticam quam secularem, unam et plures et contra quodcumque comune, collegium et universitatem vel versa vice qualibet persona et quodcumque comune, collegium et universitas movet, aut intendit ac velit et possit movere contra eadem comunitatem et universitatem eiusdem terre Ripe, tam in agendo quam in defendendo, accusando, denunciando, tam contra singulares personas quam contra quodlibet collegium et universitatem, ac accusationibus et denunciationibus adverse partis respondendo et ab ipsis se excusando, et super hiis prosequendo et insistendo circa que occurrerint in iudicio, coram quocumque iudice et pretore civili vel criminali, ecclesiastico vel seculare, ordinario, extraordinario, delegato vel secundo delegato, opponendo et respondendo, ac responsiones si licitum fuerit audiendo super quibuscumque rebus, negociis atque causis ad libelos, denunciations, accusationes dandum et recipiendum, excipiendum, replicandum et prosequendum atque insistendum, lites contestandum, terminos et dilationes petendum et implorandum, et similes terminos et dilationes adversariis suis assignari faciendum, iurandum eciam de calumpnia et veritate dicenda et quolibet alio genere liciti sacramenti, et adversariis suis defferendum similia iuramenta ponendum et articulandum ac positionibus et articulis per adversarios suos inducendis respondendum, testes et instrumenta producendum et ea adverse partis produci videndum et contra ea opponendum et

reprobandum, protestandum quoque ea pro dicta comunitate et universitate que utilia videbuntur, iudices eligendum et recusandum suspectos, dandum sententias tam interlocutorias quam diffinitivas, unam vel plures comitti faciendum et eas sententias audiendum et ab ipsis, cum opus fuerit appellandum et appellationem seu appellationes proseguendum. Item ad petendum nomine dicte comunitatis et universitatis terre Ripe beneficium restitutionis in integrum ac ipsum impetrandum et obtinendum literas, rescripta et privilegia quelibet eciam impetrandum et ipsis impetratis utendum, ad petendum absolutionis beneficium a quacumque sententia, ex communicationis, suspensionis vel interdicti seu eciam eorundem suspensionem. Item ad opponendum contra quecumque crimina, defectus, accusationes et exceptiones famosas, que contra dictam comunitatem et universitatem cuiusdem terre Ripe fuerint intemptata et intemptate, et ad ea agenda et exercenda eciam petenda et impetranda que sedes apostolica et imperialis maiestas sibi specialiter reservavit. Item ad videndum, recuperandum, protegendum et defendendum bona et iura quocumque modo et tam spectancia et pertinencia ad dictum comune terre Ripe, prout melius de iure fieri poterit. Et ad petendum, impetrandum et recipiendum a vero domino dicte terre Ripe, qui nunc est vel pro tempore fuerit investituram feudorum dicte comunitatis et confirmationem omnium iurium antiquorum secundum consuetudinem comunis et hominum dicte terre Ripe. Et ad iurandum in animas dictorum constituencium pro eodem comuni Ripe prelibato viro domino pro investitura dictorum feudorum. Item ad petendum, exigendum et recipiendum omne id et quidquid ipsis hominibus et comuni terre Ripe ex quacumque causa vel contractu a quolibet deberetur, et ad faciendum finem, quietationem, liberationem et pactum de ulterius non petendo per acceptilationem et acquilianam stipulationem, legiptime interpositam et secutam de receptis. Ad solutiones facendas et recipiendas ab alliis et a quocumque allio procuratore vel sindico, generali vel speciali, nomine dictorum comunis et hominum cuiusdem terre Ripe a quo eciam invito petere possit et exigere tenutam unam et plures et ipsam tenutam unam et plures accipere possint et valeant, ac eciam acceptam vel acceptas levare et apprehendere super quibuscumque bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus cum effectum utriusque dictorum sindicorum in solidum, nec non ad paciscendum, componendum, transsigendum et compromittendum de iure et de facto cum procura et sine procura, bandum et arbitrium, audiendum, proseguendum et omologandum, et ad petendum ab alliis omologari sub penis compromissorum et ad boni viri arbitrium reducendum et reduci faciendum, ad pacem, concordium et amiciciam faciendum et ad debita contrahendum et pro ipsis contrahendis bona dicti comunis obligandum, quecumque fuerint tacite vel expresse, et alios eciam ipsi comuni obligandum et ad constituendum debitores, ad venditiones quoque alienationes et locationes temporales et perpetuas, ac alios cuiuscumque generis contractus faciendum et ruendum cum cautelis, pactis, promissionibus et renunciationibus solitis et oportunis. Et generaliter ad omnia et singula dictorum comunis et hominum terre Ripe negocia tractanda, gerenda et facienda, que causarum et negotiorum merita exigunt et requirunt et que in premissis et circha vel aliquod premissorum et quecumque allia sibi videbuntur utilia et necessaria et que per quemlibet verum et legitimum sindicum, actorem,

procuratorem, factorem, nuncium et negotiorum gestorem fieri et exerceri possent, etiam si mandatum exigant speciale. Dantes et concedentes eisdem sindicis, procuratoribus, actoribus, factoribus et negotiorum gestoribus et utrique eorum ac substituendo vel substituendis ab eis vel eorum altro in premissis et quolibet premissorum et alliis quibuscumque negociis, plenam, libram et generalem potestatem et bayliam cum pleno, libero et generali mandato et administratione omnium et singulorum predictorum et ad omnia et singula antedicta, et quevis allia facienda et exercenda ut superius dictum est, super premissis et quolibet premissorum quotiens expedierit, et dictis sindicis, tam constitutis quam constituendis et cuilibet eorum videbitur atque placuerit. Ceterum ad substituendum loco ipsorum constituendum unum vel plures, quem vel quos, dicti constituti vel eorum alter noluerint seu noluerit, similiter vel successive, divisim separatim atque in solidum syndicos, procuratores, actores et negotiorum gestores et eum vel eos, quem vel quos dicti constituti sibi ipsis substituerint in quacumque forma, ex nunc ipsi suprascripti homines comunis dicte terre Ripe in eadem simili forma constituerint ac eum vel eos substitutum vel substitutos, quemcumque vel quos noluerint seu noluerit revocandi et in se officium et mandatum habentes reassumendi et iterum de novo faciendi et substituendi eum vel eos qui fuerint revocati seu fuerit revocatus, aut alium vel alios quoscumque noluerint. Publice promittentes suprascripti constituentes, pro se ipsis suisque heredibus et pro dicta comunitate et universitate terre Ripe suisque successoribus antedictis eorum sindicis, actoribus, factoribus, procuratoribus, nunciis et negotiorum gestoribus ibi presentibus et utrique eorum in solidum, et michi Nicolao notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice substituendi vel substituendorum ab eis vel eorum altro ac omnium alliarum personarum quarum intererit vel interesse poterit, in futurum se perpetuo firma et rata et grata habere et tenere, observare et adimplere quecumque dicti eorum syndici et procuratores constituti vel eorum alter seu substituendus vel substituendi ab eis vel eorum altro in premissis et circa vel circa allia quecumque negocia duxerint seu duxerint facienda et gerenda quocumque iure modo et causa. Et quia dicti constituentes voluerunt dictos Paxium et Iohannem syndicos et procuratores et eorum utrumque et substituendum seu substituendos ab ipsis constitutis vel eorum altro ab omni satisfactionis onere relevare promisserunt solempniter, michi Nicolao notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum intererit vel interesse poterit in futurum, pro predictis suis sindicis et procuratoribus ac utroque eorum nec non substituendo vel substituendis ab eis vel eorum altro de iudicio sisti et iudicato solvendo in omnibus suis clausulis nisi fuerit provocatum et se ipsos et quemlibet eorum universaliter et singulariter in predictis et quolibet predictorum, constituerunt fideiussores et principales debitores, renunciantes beneficiis de pluribus reis debendi epistule divi Adriani et nove constitutionis de fideiussoribus beneficio et legi qua cavetur quod principalis debitor prius conveniatur quam fideiussor et quilibet hominum dicte comunitatis in solidum renunciando predictis per pactum expressum legiptima stipulatione valatum teneatur. Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis firmiter observandis et adimplendis ipsi constituentes ad invicem et in solidum predictis eorum sindicis et procuratoribus

constitutis presentibus et michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice substituendi vel substituendorum ab eis vel eorum altro et omnium alliarum personarum quarum intererit vel interesse poterit, eis obligaverunt omnia eorum et dicte comunitatis Ripe bona mobilia et immobilia, actiones et iura presentia et futura. Insuper dicti Paxius et Iohannes syndici et procuratores predicti, ibidem corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei evangelia iuraverunt predictum officium eis commissum, diligenter, legaliter et bona fide facere et exercere, odio, inimicicia, amicicia, amore, timore prece, precio, dolo ac fraude omnino remotis. Cui actui toti solempni antedicto in robur omnium predictorum, prenominate dominus Iohannes potestas predictus, suum et dicti comunis dicte terre Ripe decretum auctoritatem interposuit pariter et assensum.

Ego Nicolaus condam ser Tebaldi de Ripa predicta^c publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus et singulis interfuy et rogatus scribere scripsi meumque signum appossuy consuetum.

^c de Ripa predicta scritto sopra il rigo dalla stessa mano

1371 ottobre 25, Riva del Garda *sub domo comunis*

Giovanni figlio del fu ser Nicolò del fu ser Giovanni Brachi di Bolbeno, erede dei beni del fu ser Grandonio del fu ser Meffei della villa di Savone superiore, sceglie per sé e per il fratello Ugolino, coerede, i seguenti procuratori: Giovanni del fu ser Pietro di *Manutis* di Arco, notaio, ser Giovanni del fu ser Goffredo di Riva, notaio, Matteo del fu ser Costantino di Caldaro, maestro di grammatica e ser Nicolò del fu ser Zulberto di Tione, notaio.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 32 [A].

Nel verso: «N° 19 Carta procurae c[.....] Iohannis Brachi de Bulbeno plebis Thione»; «1317 die 25 octubris»; «Capsula 3 numero 32 anno 1371».

Trascrizione per estratto

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo tricentessimo septuagessimo primo, nona indicione, die sabati vigessimo quinto mensis octubris in tera Ripe Tridentine diocessis sub domo comunis eiusdem tere Ripe iuxta banchum ubi ius publice redditur, presentibus Tonino fillio condam magistri Vexineli de Materno riperie Brixiensis lacus Garde nunc dicte tere Ripe habitatore, Andrea cerdone fillio condam magistri Zagnini de dicta tera Ripe, Nicolao notario fillio condam ser Tebaldi de dicta tera Ripe, Thomaxino dicto Razola fillio condam Bonapaxii de villa Legoxii vallis Leudri Tridentine diocessis, Franceschino calzolaro fillio condam Tomaxini de dicta tera Ripe et Bertolino fillio condam Bonaventure dicti Boture de dicta tera Ripe testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique Iohannes fillius condam ser Nicolay condam ser Iohannis Brachi de Bulbeno plebatus Tioni diocessis Tridentine pro se ipso principaliter et tamquam heres et hereditario nomine pro medietate bonorum et hereditatis condam ser Grandonii condam ser Maphey de villa Savoni superioris plebatus Bleçii diocessis Tridentine olim habitatoris dicte tere Ripe, ac eciam tamquam procurator et procuratorio nomine Ugolini eius fratris filli condam predicti ser Nicolay et tamquam heredis et hereditario nomine pro allia medietate bonorum et hereditatis condam dicti ser Grandonii, habens mandatum a dicto Ugolino ad substituendum unum et plures procuratores loco ipsius Ugolini ut hoc plenius patet publico instrumento scripto sub annos a Nativitate Domini millesimo tricentessimo septuagessimo primo, nona indicione^a, die vigessimo septimo augusti ac eciam scripto manu Nicolay condam Dominici de Vegla imperiali auctoritate notarii, ibidem producto per ipsum Iohannem procuratorem suprascripto ac eciam visso et lecto per me Loisium notarium infrascriptum omni iure et modo quibus melius potuit, non revocando propterea alios ipsorum Iohannis et Ugolini procuratores sed potius quemlibet ipsorum confirmando fecit, constituit et ordinavit atque substituit discretos

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

viros dominum Iohannem condam ser Petri notarii de Menutis de Archo diocessis Tridentine, ser Iohannem notarium condam ser Gotefredi de supradicta tera Ripe, magistrum Matheum doctorem gramatice condam ser Constantini de Caldario vallis Ananie^b nunc habitorem dicte tere Ripe et ser Nicolaum notarium condam ser Zulberti de Tiono dicessis Tridentine, licet absentes tamquam presentes, suos certos nuncios veros et legitimos procuratores et quemlibet eorum in solidum ita tamen quod condicio preoccupantis non sit melior seu ita tamen quod incepta quoties per unum quod alius et alii nich<i>lhominus possit et possint ipsam prosequi et diffinire ac si eam incepisset et incepissent generaliter ad omnes et singulas et in omnibus et singulis ipsorum Iohannis et Ugolini nominibus quibus supra placitis in omnibus controversiis et litibus seu causis que vel quas dicti Iohannes et Ugolinus nominibus quibus supra habent et habituri sunt similiter et separatim cum quacumque et quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus colegiis et universitatibus seu que vel quas quelibet ecclesiastica vel secularis persona collegium vel universitas habet et habere intendit contra predictos Iohannem et Ugolinum [.....]

Ego Loisius fillius Bartholamey Pixoni de Ripa imperiali auctoritate notarius hiis omnibus et singulis interfuy et rogatus scribere publice scripsi.

^b *Sic*

1371 dicembre 17, Riva del Garda *super domo comunis*

Tingeto di Riva riceve da ser Pasio del fu Federico, sindaco del comune di Riva, l'affitto annuale del dazio del paseto (unità di misura relativa alle stoffe e ai teli) al prezzo di XVI lire di denari piccoli trentini, da versare metà alla festa di san Giovanni, nel mese di giugno e il metà allo scadere dell'affitto. Seguono i patti e le condizioni che regolano l'ufficio del misuratore.

ASCR, Libro giornale 25 (1370-1570), c. 3

Sul margine sinistro è scritto di mano posteriore (XVIII s.): «Capitula mensuratoris comunis Ripa».

Carta locationis paseti facta Tingeto.

In Christi nomine amen. Anno Domini MCCCLXXI, nona indictione, die mercurii XVII decembris, super domo comunis, presentibus ser Zuchono, Pisono Iohannis notario, Nicholao notario et Com[....]^aixineli. Ibique ser Pasius quondam ser Federici tamquam syndicus comunis Ripe dedit et locavit Nicholao dicto Tingeto de Ripa pasetum comunis Ripe hinc ad annum unum in apicii, die suprascripto pro pretio et numerato XVI librarum parvorum tridentinorum dando et solvendo pro medietate in feste Iohannis de mense iunii et pro alia medietate in fine termini cum pactis et conditionibus infrascriptis.

Primo quod nulla persona forensis audeat mensurare nec mensurari facere panum lineum, lane, canovicii nisi per mensuratorem comunis Ripe ad hec deputatum sub pena X solidorum tridentinorum parvorum pro quolibet et qualibet vice et de solvendo mensuratore.

Item quod suprascriptus mensurator accipiat et accipere possit pro quolibet brachio pani qui mensuraretur medium denarium. Et si questio vertatur inter eos de medio denario solum, quod dictus mensurator ^blicite possit exigere unum denarium.

Item quod venditor pani teneatur et debeat solvere dictum medium denarium mensuratori suprascripto, salvo si venditor esset terigena quod forensis qui emeret dictum panum teneatur solvere dictum medium denarium mensuratori suprascripto pro quolibet brachio pani.

^a Macchia d'inchiostro

^b lic depennato

Item quod suprascriptus conductor sive mensurator teneatur et debeat stare omni die mercati sive fori ad turrim Ponalis sub pena solidorum X tridentinorum parvorum pro qualibet vice confatiente.

Item quod nulla persona terigena vendens seu vendere volens audeat mensurare panum alicuius conditionis ultra [.....]^c XX brachiorum sub pena predicta et abinde supra mensurari fatiant per mensuratorem predictum.

Item quod mensurator suprascriptus habeat duos pasetos bulatos bula domini potestatis et in capite anni eos [.....] comunis

Relatio Iohanini viatoris super dictis penis.

Item die sabati XX decembris sub domo comunis, presentibus Bartholomeo Pixono magistro Pezino sartore et Iohanne Canuxii, Iohaninus viator curie retulit se die suprascripto publice et alta voce cridasse super plateam omnia et singula suprascripta.

^c *Macchie che impediscono la lettura*

1376 ottobre 30, Verona

I fratelli Bartolomeo e Antonio della Scala signori di Verona, di Vicenza e della terra di Riva e vicari imperiali, approvano lo statuto corretto dagli uomini di Riva contenuto in tre quaderni cartacei di 57 carte, segnati con il loro sigillo, e lo consegnano al podestà di Riva Giramonte del Verme, obbligandone l'osservanza a lui e ai suoi successori.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 36 [A].

Nel verso: di mano Trecentesca «Pro hominibus terre Tridentine»; «Confirmatio statuti Rippae facta per dominos dominos della Scala»; «C I N° XXXIII»; «Capsula 3 numero 36 anno 1376.

La pergamena non è in buono stato di conservazione: l'inchiostro è sbiadito in vari punti e sono presenti molte macchie scure. Il margine inferiore è lacero, si evidenziano diversi fori lungo le antiche piegature e una grossa lacerazione nella zona centrale della pergamena che va ad interessare solo una parte dell'ultima riga di scrittura.

Nos Bartholomeus et Anthonius fratres de al Scala Verone, Vicentie, nec non terre Ripe diocesis Tridentine et etiam imperiales vicarii generales tenore presentium approbamus, ratificamus, confirmamus et robur ac valitudinem statutorum habere volumus omnia et singula statuta comunis dicte nostre terre Ripe ordinata et correcta per homines dicte terre, que contenta in tribus quaternis bombicinis quinquagintaseptem cartarum sigillatis sigillo nostro nobili viro Ziramonto potestati dicte nostre terre Ripe misimus, mandantes quod per ipsum et successores suos dicta statuta manuteneri debeant et inviolabiliter observari salvo semper iure nostro addendi, minuendi dictis statutis nec non ipsa permutandi quandocumque [n]^aobis placuerit. Data Verone in c[anze]^bllaria aule nostre die trigesimo octubris MCCCLXXVI^o XIII^{ia} indictione.

^a Foro lungo l'antica piegatura

^b Foro che interessa tutta la parte centrale della pergamena non occupata dalla scrittura, coinvolgendo solo parte dell'ultima riga.

1378 ottobre 13

Ricevuta attestante che il comune e gli uomini di Riva tramite Pisono del fu Giovanni hanno versato al massaro della fattoria dei signori della Scala, Giovanni da Sacco, 200 lire per il pagamento del salario della podesteria di Riva dell'anno 1378.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 38 [A]. Nel verso: «N° 104 Receptum potestatis 1378»; «C II N° LXXVI»; «Capsula 3 numero 38 anno 1378 e 1379». Si tratta di un atto emanato dalla cancelleria della fattoria scaligera.

De Rippa

Comune et homines dicte terre solverunt ducentas libras denariorum Iohanni de Saco massario factorie dominorum de la Scala pro facto salarii potestarie dicte terre de M° III^c LXXVIII^o indictione prima bonorum dicte terre quos denarios solvit Pixonus quondam domini Iohannis die XIII^o octubris 1378.

Iohannes notarius de Sancto Vitali scripsit

1379 agosto 2

Ricevuta attestante che il comune e gli uomini di Riva tramite il fattore Riccardo di Lendinara hanno versato 100 lire al massaro della fattoria dei signori della Scala, Giovanni di Sacco, prima parte del pagamento di 200 lire per il salario della podesteria di Riva dell'anno 1379.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 38 [A]. Nel verso: «N° 104 Receptum potestatis 1378»; «C II N° LXXVI»; «Capsula 3 numero 38 anno 1378 e 1379». Si tratta di un atto emanato dalla cancelleria della fattoria scaligera.

Item de Rippa

Comune et homines dicte terre solverunt centum libras denariorum pro parte Iohanni de Sacho massario factorie dominorum de la Scala pro parte unius ficti CC librarum denariorum pro salario potestarie de M° III^c LXXVIII indictione secunda, quos denarios solvit Ricardus de Lendenaria factor exterior die II° augustis dicti millesimi.

Iohannes notarius scripsit.

1380 marzo 20, Riva del Garda *super domo comunis*

Alla presenza del podestà di Riva Giovanni di Calavena e del vicario Ludovico Doglioni di Belluno i consiglieri del comune emanano provvedimenti e norme in materia di pesi e misure. Lo stesso giorno dettano anche il regolamento per i misuratori del vino e dell'olio.

Libro giornale 25 (1370-1570), c. 4

Exemplum MCCCCLXXX indictione tertia

Super pesis

Die martis XX marcii, super domo comunis coram nobili viro domino Iohanne de Calavena honorabili potestate Ripe ac sapiente viro domino Lodovico de Doionis de Cividalo Beluni iudice et vicario, presentibus consiliariis infrascriptis videlicet Pisono notario, Iohanne condam ser Izelini, Perono, Nicholao de Cendratis, Bartholameo Pisoni, Alberto Baruconi, Antonio Tuschani, Pegorario notario, Nicholao Contrini et Paulo de Vigo massario, qui sunt ultra duas partes consiliariorum. Reformatum, statutum et ordinatum fuit per suprascriptos et cetera super facto pensarum ac datus ordo infrascriptus modo infrascripto.

Primo de quolibet pense azelorum, casey, carniun, asongie et generaliter de quolibet alio mercimonio et rebus aptis ad ponderandum per offitalem ad hoc deputatum accipiat et accipere debeat duos denarios pro quolibet penso dictarum rerum si ponderate fuerint per ipsum offitalem.

Item in casu quo dictus offitalis non ponderaverit aliquas dictarum rerum quod debeat et accipi possit solummodo pro ponderatura ipsarum rerum unus denarius pro quolibet pense per ipsum offitalem ipsis rebus exientibus extra teritorium terre Ripe.

Item quod venditor teneatur solvere pensam de eo quod vendiderit, eo salvo si fuerat terigeni qui vendat forensi, quod forensis teneatur solvere dictam pensam.

Item quod pense comunis teneantur sub domo comunis vel circha plateam a porta Castelli usque ad turim Ripe qui est in platea comunis.

Item quod cuilibet terigene facienti factiones reales et personales cum terra Ripe licitum sit posse pensare de qualibet dictarum rerum in terra Ripe et in suis stationibus sive domibus usque ad unumensem et non ultra pro una quaque vice vendendo uni persone seu emendo ab una persona ad minutum aliquid de

dictis rebus usque ad sumam duorum pensium pena XX solidorum auferenda cuilibet contrafacienti predicti vel alicui predictorum, cuius pene tertia pars aplicetur d..... alia comuni alia acusatori et quilibet sit acusator.

Item quod nullus forensis possit ponderare nec ingrossum nec ad minutum aliquid de predictis, et quilibet sit acusator.

Super mensuris ab oleo et vino

Reformatum fuit per suprascriptos, die suprascripto, presente auctorizante dicto domino vicario et dicto domino potestate quod mensuratores terre Ripe tam oley quam vini melius debeant et teneantur mensurare omnibus personis eos requirentibus cum mensuris bulatis bula dicti potestatis pena XV solidorum pro quoque et quaque vice contrafaciente

Item quod dicti mensuratores teneantur et possint accipere pro quolibet modio oley quod mensuratum fuerit XII denarios pro quolibet modio a quolibet forense tam emente quam vendente et sex denarios a quolibet terigena tam emente quam vendente.

Item quod pro qualibet vegete oley que non fuerit mensurata exeunte terram Ripe accipiat et accipi debeat solidi V sive de terigenis sive de forensibus.

Item quod dicti mensuratores accipiant et accipere debeant de quolibet quarterio^{a b} vini pro mensuratione XII denarios ab emptore.

Item quod predicti accipiant et accipere debeant duos solidos pro qualibet vegete capacitatis unius plaustrum quam mensurarent ad aquam ab emptore.

Item quod quilibet persona que exportaret seu conduceret vinum aliquod extra portam Ripe sive portum teneatur et solvere debeat duos solidos pro quolibet plastro vini non mensurati, pena XX solidorum aplicandorum ut sopra.

Item quod quilibet dictorum offitiorum in principio sui offitii teneantur et debeant iurare coram domino potestate de operando et exercendo dictum suum offitium bene et legaliter in principio sui offitii et antequam se intromittat in dicto suo offitio sub pena solidorum LX tridentinorum parvorum.

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano.

^b modio depennato

APPENDICE 41

1385 gennaio 26, Riva del Garda *sub domo comuni*

Matteo e Luigi nunzi del comune di Riva consegnano al podestà di Riva Ugolino del Verme una lettera di Antonio della Scala, signore di Verona, in cui egli risponde a due suppliche a lui rivolte dagli uomini di Tenno e da quelli di Riva, dichiarando che gli statuti di Riva corretti da *Benasutus* e da Giovanni di Calavena devono essere considerati validi, nonostante le opposizioni della comunità di Tenno.

Copia autentica, ASCR, capsula IV, pergamena 23 [B]. La copia è autenticata da: «Ego Perinus condam ser Antonii de Salvonibus de Laude nunc habitator suprascripte terre Ripe imperiali auctoritate notarius ex verbo, licentia, auctoritate ac comissione michi data et concessa per sapientem virum dominum Filippum de Montagna vicarium nobilis viri domini Iohannis Annenberger capitanei ac potestatis Rippe, Tenni et Leudri pro illustrissimo principe domino, domino nostro domino Federico Dei gratia duce Austrie, Styrie, Carintie comiteque Thyrolis necnon advocato et defensore ecclesie Tridenti prout de dicta auctoritate patet publico instrumento scripto manu ser Iohannis notarii condam ser Pixoni de Ripa suprascriptam sententiam ex rogatione condam Bartholamei notarii condam ser Antonii de Roveredo prout quatuor cartis bombacinis sutam ita fideliter et bona fide exemplavi, scripssi et in publicam formam reddegi, nichil per me adito vel diminuto quod sensum vel sententiam mutet in aliquo preter forte pontum, literam vel silabam, bona fide et sine fraude fideliter exemplavi et signum mei notarii consuetum apposui pro maioris roboris firmitate omnium premissorum». Nel verso: di mano cinquecentesca «Sententia per dominum Ugolinum dal Verme prețorem Rippe pro dominis de la Scala ex consilio sapientis, lata in favorem Rippensem contra Thennenses. Que sententia confirmat statuta facta super collectis solvendis comunitati Rippe per forenses lata de anno 1385»; «N° 13»; C I N° XIV»; «Capsula 4 numero 23 anno 1385».

Per quanto riguarda la datazione della copia, dalla sottoscrizione si ricava che è stata eseguita nel periodo in cui Riva era soggetta a Federico Tascavuota, quindi dal 1407 al 1420. Sempre dalla sottoscrizione si ricava che podestà e capitano di Riva è Giovanni Annenberger e vicario Filippo di Montagna. Dai dati a nostra disposizione risulta che Giovanni Annenberger nel 1415 fu capitano della Rocca, nel 1417 fu podestà e capitano di Riva ma in quell'anno vicario risulta essere Corrado di Venosta. Nel 1418 e nel 1419 Iohannes Annenberger e Petrus Limberger sono insieme podestà e capitani di Riva. Possiamo quindi escludere questi ultimi anni, ma in mancanza di altri dati non è possibile indicare un anno preciso per la datazione della copia, che datiamo dunque approssimativamente del secondo decennio del Quattrocento.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo trecentesimo octuagessimo quinto indictione octava, die iovis vigesimo sexto mensis ianuarii, in Ripa Tridentine diocesis sub domo comuni dicte terre ad banchum iuris ubi ius publice redditur, presentibus Antonio condam Luterii de Bonatis, Bonolino condam Dominici, Bonora condam Viviani de villa Cologne plebatus Tenni Tridentine diocesis, Rigeto condam Grimaldi de Calvola dicti plebatus Tenni, Iohanne condam Bertholini, Nicholao condam Iohannis Gerardi de villa Fraporte plebatus Tenni antedicti, Perono condam Carfioli de Montanea Ripperie Veronensis lacus Garde, Lionexio condam Delavanti de Campo B[renzoni] Veronensis diocesis nunc terre Ripe predicte habitatore,

Andrioto filio magistri Petri Richenboni, Bonaventura condam Bersanini, Odorico condam ser Pisoni, Bonadeo dicto Fatio condam ser Iohannis Gosse omnibus predictis de Ripa predicta testibus ad hoc vocatis et rogatis. Coram nobilli et egregio millite domino Ugolino del Verme de Verona honorabili potestate terrarum Ripe, Tenni, Leudri et Tignali et cetera pro magnifico et potentissimo domino domino Anthonio de la Scala, Verone, Vincenzie et cetera necnon dictorum locorum et terrarum domino et imperiali vicario generali, cumparuerunt magister Matheus et Loysius tamquam nuncii hominum et comunitatis terre Ripe antedictae transmissi per suprascriptos homines et comunitatem Ripe prelibato domino [n]^aostro domino Anthonio de la Scalla, et ex parte magnifici et excelsi domini Antonii antedicti obtulerunt et presentaverunt suprascripto domino Ugolino potestati antedicto quamdam literam infrascripti tenoris prefati domini domini Anthonii de la Scalla sigilli munimine roboratam, in qua quidem littera erant introcluse petitiones due quarum una porecta erat eidem domino per syndicum, comune et homines de Tenno, altera vero per comune et homines de Ripa, consute adinvicem cum repo albo cum subscriptionibus et ultrascriptionibus factis supplicationi porecte per syndicum comunis et hominum Tenni, cuius quidem litere suplicationum et subscriptionum et ultrascriptionum contentarum in suplicatione illorum de Tenno tenor est seriatim infrascriptus. Quibus omnibus antedictis per dictos magistrum Matheum et Loysium sic peractis ac per prelibatum dominum potestatem dicta littera aperta ac ibidem lecta et publicata una cum antedictis suplicationibus eiusque responsionibus et ultrascriptionibus, prenominate dominus Ugolinus potestas antedictus ad requisitionem prefatorum magistri Mathey et Loysii nuntiorum antedictorum sedens pro tribunali ad suum solitum banchum iuris pronuntiavit et sententiavit ultrascriptionem factam per sapientem virum dominum Lodovicum de Luscis vicarium prelibati domini petitioni dictorum syndici et comunis et hominum de Tenno ac subscriptionem dicte ultrascriptioni facta manu viri nobilis Gidini de Sumacampanea consilarii prelibati domini esse firmas et ipsas in perpetuum optinere robur perpetue firmitatis, et mandans insuper dominus dominus potestas ad requisitionem dictorum nuntiorum michi Bartholameo notario infrascripto quod de predictis omnibus et singulis publicum debeam conficere instrumentum cum predictis litteris, suplicationibus, responsionibus et ultrascriptionibus introclussis factum de verbo ad verbum nichil in eis adendo, obmitendo vel corrigendo. Tenor litere denominate est infrascriptus cum eius epigramate.

«Anthonius de la Scala, Verone et cetera imperialis vicarius generalis mittimus vobis presentibus introclusas petitiones duas porectas nobis, unam per syndicum et comune at homines de Tenno, altera<m> per comune et homines de Rippa consutas cum repo albo, volentes quod de contentis in dictis petitionibus facere debeatis ac executioni mandare prout ultrascriptum est petitioni dictorum syndici, comunis et hominum de Tenno per sapientem virum dominum Lodovicum de Luschis vicarium nostrum et subscriptum dicte ultrascriptioni manu viri nobilis Gidini de Sumacampanea consilarii nostri, die XXIII^o ianuarii MCCCLXXXV^o, et sic inviolabiliter facere

^a *Foro lungo l'antica piegatura*

observari. Data Verona XXIII^o ianuarii MCCCCLXXXV^o, indictione octava.» A tergo vero dicte litere scriptum erat «Nobili militi domino Ugolini del Verme, potestati nostro Rippe».

Tenor suprascriptarum suplicationum cum earum subscriptionibus et ultrascriptionibus est infrascriptus: «Al magnifico e possento signoro miser Antonio de la Scala et cetera. Ve notifica sindaco, comun e homeni de Tenno che de 1382 igi ve porzesso questa infrascripta petition, el tenor de la quala si è questo cum le resposse e informatione soto scritione: “Al magnifico e possento signoro miser Antonio de la Scalla. A la vostra magnifica signoria el sindaco, comun e homeni vostri subdicti de Tenno che el sindaco, comun e homeni de Riva vostri subdicti si inquieta certe persone le quale à comprà terre, possession sula pertinentia de Riva volendo che igi faza con la tera de Riva per le stime de le dicte possession, la qual consa may no fo fata salvo se pato fosso fato intro el compraor e'l vendaoro, e a declaration de la signoria vostra produso una risposta fata per miser Tomaxo de Pelegrin vostro fatoro la qualla el fesso a la magnificentia signoria vostra al tempo che l'era poestà de Riva e si fu del infrascripto tenor e fo de 1377: ‘La mera verità de la usanza antiga si è questa, che tuti quegi de le ville del pivà de Tenno i quali avesse habù possession sul pievà de Riva no ha atesso né pagà alcuna fation com el comun da Riva ma solamente com el so comun per tuti i soy beni e sio là o i voia; et così quegi de Riva no à pagà fation alguna cum el comun de Tene per le possession che igi avesso habù sul pievadego de Tenne e sì dixo i dicti del comun de Riva che igi no ne stà de pagaro a Tene per la usanza ma solamente per una carta o... privilegio chi igi ha producto denanzi da mi, el qualo ge fé el vescovo Erigo da Trento, salvo che da XXIII^o anni in zà certi homeni del pievà de Teno para ch'abia comprà possession che à sul pievé de Riva da certi homeni, dele quale i dicti compraori paga de certe de le dicte possession con el comun de Riva e de certe paga a i vendaori, e i vendaori paga al comun de Riva secondo i pati fati de vendaori e compraori, e de tute le altre no paga niente al comun de Riva. E questo è la verità secondo che m'à informà i sindaci consieri di dicti comuni; e a fermeza de la mia scriptura sia vera, sia i nodari di sorascripti se so ha sotoscrito a questa mia scrittura. I nodari è questi: Nicolò nodaro in quel tempo de comun de Riva, Rigo nodaro in quel tempo del comun de Teno. E fo sotoscite de desembrio in millesimo suprascripto’.

E s<e> questa risposta no basta o no stia asay declaratoria, suplica che voy mandé al podestà de Riva presente che scriva a la signoria vostra quello che i è usanza de le predicte conse, sapiando signor che se una persona de Tene compresse o habia conprà per alguna quantità su la pertinentia da Riva e la fia stemà a Tenne per le stime de la dicta possession conprà, o se quigi da Riva compresse o habia conprà su la pertinentia da Tenne e la fia stemà per le stime de la dicta possession conprà, e così gualmentro pro.. al fato si che alguna de la dicte parte no se po lamentaro i..... per la usanza perscripta, zoè L agni e più. Ondo domanda gratia a la magnificenzia segnorìa vestra el dicto comun e homeni de Tenne che voy fazé faro ambaxa da vestra parte al vostro poestà da Riva chel non daga alguna audientia a i homeni del

comun de Riva per le raxon suprascripte, simievolmentre non^b daga audientia igi homeni del comun de Tenne se igi vollesse domandaro conssa alguna per le suprascripte raxon azò che i dicti comuni staga in paxo e senza question, secondo che igi a fato per le predikte raxon sempro. E i pigni che è sta tolete a certi homeni de Tenne per le dicte raxon dé dare, che igi sia tegnù sospesse e no vendù ne alienà per modo algun, infin a che declarationo sia fato per la benigna vestra signoria del suprascripti fato e question”». Factores subscribant. «Paro a i fattori che questa petition fia mandà al poestà de Riva che debia aldiro le parte e scrivere el so parero e in questo mezo i pigni romagna così». «Fiat ut dicunt factores ut dominus dixit XII novembris 1382 dixo epizodi popoli che question altra volta e sta denanzi da luy zoè di un homo del pevà de Tenne al comun de Riva o che la dicta question si era commessa a miser Bernabè de Muran o che le parte produco ogne soa raxon e si digo chio o voludo s[aver] da i homeni de Tenne che paga [.....] ^c vezando og[..^d] cossa ve mando per ordine co la prima question e si me paro chel nostro magnifico signoro si faza tore queste scritture le quale eno sta producte per le parte e che la siano commesse a chi piaxo al prefato signoro che la difinisca de raxon.»

Dominus vicarius domini potestatis et dominus Benasutus videant dicta iura et determinent quid iuris, ut dominus dixit ultimo novembris 1382 «vezando se esero el comun de Riva in termino del fato predicto como de sora se conten con el comun de Tenne el dicto comun da Riva no se impaza più del dicto fato e no cure de procedero più inanzi perché igi non se vule ancio raxon alguna in la dicta question de novo provigero de un statuto ha renovà al comun de Riva la dicta question che fo fato de 1349 no guardando a la gratia ne a la confirmation de la dicta gratia per la vostra signoria confirmà al comun de Tenno e a certi comuni altri fata per lo vostro gratiosso genitor quondam bonamemoria per una certa proferta et ben fo pagà e zo fo C ducat(i) et cetera e fo de 1378, unde el dicto comun de Tenno ve domanda gratia e misericordia che per vostra inbaxa el comun de Riva no ge daga per questo fato et questiono soprascripto alguna molestia a zo chel dicto vostro comun non porta danno contra raxon sapiano chel comun de Riva per più e più volte ha movesto la dicta question e sempre in e sta de soto perzò el dito comun de Tenne se ve recomanda in logo de misericordia e suplicando a la prefata vostra segnorìa che la gratia a egi fata per el dicto vostro genitor e po per may confirmà de 13(78) ge sio oservà a zo che i dicti vestri Tenn(ensi) staga in requia con la vostra gratia o che in la dicta question igi non se deserta».

Dominus Lodovicus de Luschis audiat iura partium et subscribat quid iuris.

«Al magnifico posento signoro miser Antonio de La Scala et cetera. Notifica a la magnifica signoria vostra i vostri subdicti e serviori homeni, comun de la vostra terra de Riva che za fa bon tempo è sta rixe dal dicto comun de Riva cum certi homeni de Tenno li quali no voleva pagaro le colete al comun de Riva de certe possession le quale igi comprè sul pivà de Riva, la qual rixa question fo determenà per certi statuti

^b non ripetuto

^c Piega che impedisce la lettura

^d Foro

novi mandè per vostra signoria a Ziramonto del Vermo in quel tempo vostro poestà in Riva; e da po ancora li dicti homeni de Tenne s'è lamenté de le dicte colte, et per quella lamentaxon fo scritto che sora questo no fosso fato novità fino che no fiseva scritto altro, e tanto e perlongà che per la magnifica signoria vostra fo cometù li statuti de comun de Riva e de Tenno a firo coreti per Zovano da Calavena e per miser Benasu sovra la dicta question e sora tuti li altri statuti e denanzo da loro fo produte le raxon de le parte e statuti e privilegi vera figi a fato li dicti statuti e designé a la vostra cancelaria; e per la vostra signoria fo mandà a miser Caveia vostro poestà in Riva e per vostra letera fo comandà che quelle dovesso firo o fine use; e ancora datano i dicti homeni de Tenne s'è lamenté che igi fi constricti a pagaro e per miser Loiso di Luschi vostro vicario e mandà una letera al poestà de la vostra terra de Riva che i dibia avisaro li homeni e comuni de Riva ch'elli produga le soe raxon che igi ha contra quilli da Tenno, enfina a VIII^{to} dì, e che non fia fato en questo mezo novità contra li dicti homeni de Tenno. De que li dicti homeni de Riva e comun no po scoyro le colete da li dicti homeni, che torna a grandò danno al comun de Riva e mo mandemo per questo ancora a la magnifica signoria vostra magistro Matheo e Luyso da Riva a porzero a la signoria vostra questa suplicanza che ne dé granda spexa, e si è sta za fa X anni da pi che no se scoira en XX anni, de que suplica che a la benigna signoria vostra piassa che li dicti statuti fati per li dicti miser Benasù e Zovano da Caluavena e mandè mo da novo per la signoria vostra a la dicta vostra terra de Riva fio conservè segendo le vostre lettere, a zò che sempro no siemo en question e che no spendamo el nostro continuamente, e azò che questa question habia fin».

Vissis ultrascriptis suplicationibus cum responsionibus et subscriptionibus eisdem subiectis et factis ac etiam omnibus privilegiis, ipsorum privilegiorum confirmationibus, statutis et quibuslibet aliis iuribus michi traditis et ostentis per antedictas partes seu quas et que partes antedictae ostendere et monstrare mihi volluerunt, admonitis et dictis partibus per me Lodvicum ut deberent dicere et alegare ac ostendere quicquid dicere et alegare volluerunt super dicta questione et super omnibus premissis, habita deligenti deliberatione et examinatione matura, Christi cuiusque matris virginis Marie nominibus primitus invocatis michi Lodovico [.....]^e auditis iuribus partium subscribere debeam quid iuris de iure quod statuta condita per dominum Benasutum et Iohannem de Calavena de quibus fit mentio in ultrascripta petitione ultimate porecta per predictos de Ripa magnifico domino nostro et transmissa ad dictam terram Ripe pro parte prefati magnifici domini, sicut in eius litteris evidentissime continetur, servari debeant per partes antedictas tamquam statuta valida et efficacia, et quod ipsa statuta robur inconcusum habeant et obtineant contradictione illorum de Tenno non obstante. Et ut promissum est subscribo ego Lodovicus antedictus. Fiat ut dicit dominus Lodovicus, ut dominus dixit XXIII^o ianuarii 1385.

Ego Bartholomeus condam Antonii de Roveredo valis Lagarine Tridentine diocesis nunc terre Rippe habitator imperiali auctoritate notarius suprascriptis presentationi,

^e *Inchiostro sbiadito*

publicationi et pronuntiationi interfui et rogatus scribere una cum suplicationibus
responsionibus et consilio suprascripto fideliter scripssi nil adens vel minuens quod
sensum vel sententiam mutet, meumque signum apposui consuetum.

1385 febbraio 13

Ricevuta che attesta che il comune di Riva ha versato 60 ducati d'oro a Guglielmo Panizza di Santo Stefano, massaro della fattoria di Antonio della Scala, come risoluzione di una parte del debito di 120 ducati d'oro contratto per una grazia fatta da Antonio della Scala al comune di Riva.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 39 [A]. Nel verso: «Capsula 3 numero 39 anno 1385». Si tratta di un atto emesso dalla cancelleria della fattoria scaligera.

De Ripa

Massarius, comune et homines dicte terre solverunt sessaginta ducatos auri Guillelmo Panice de Sancto Stephano massario monete factorie magnifici domini domini Antonii de la Scala et cetera pro parte solutionis centum et viginti ducatorum auri quos solvere tenentur pro una gratia eis facta per antedictum dominum ut in libro gratiarum de 1385, octava indictione contra prima carta, quos ducatos solvit pro dicto comune Iohannes notarius quondam domini Ba[...]^ani de [...]^b habitator Ripe de propriis ducatis dicti comunis Ripe die lune X[III] februarii 1385 indictione octava.

Ego Pompeius de Insulo inferiori notarius factorie prefati domini scripsi die suprascripto.

^a *Inchistro sbiadito*

^b *Macchia scura*

1389 ottobre 9, Pavia

Gian Galeazzo Visconti, signore di Milano, vicario imperiale, conferma al comune di Riva il privilegio relativo al diritto di esigere collette.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 40 [A]. Nel verso: «N° 35 Privilegium domini Galeaz Vicecomitis circa factum daderiae». «[.....] comitis et ducis Mediolani Galeacii. Privilegium solempne super facto daderiae de anno 1389». «C I N° XIII». «Capsula 3 numero 40 anno 1389».

Nos Galeaz Vicecomes, comes Virtutum Mediolani et cetera imperialis vicarius generalis, inclinati precibus dilectorum fidelium .. subditorum nostrorum hominum Rippe Tridentine qui super hoc nobis cum instantia supplicarunt intendentesque toto mentis affectu utilitatibus providere et ab ipsis in quantum possumus scandala remove necnon inherentes statutis ac edictis predictorum hoc inrefregabili edicto seu privilegio speciali sancimus, eddicimus, statuimus et ordinamus quod terre, vinee, domus et possessiones site et posite in plebatu terre nostre Rippe que fuerunt temporibus preteritis alienate quocumque titulo, sive in ultimis voluntatis relicte quibuscumque personis et locis cuiuscumque conditionis existant non habitantibus in terra nostra Rippe, nec cum ipsa et ipsius comunitate onera et factiones publicas sustinentibus, extimari debeant bona fide sine fraude et dolo per .. offitiales sive extimatores comunis terre Rippe predictae nunc ad hoc deputatos et de cetero deputandos et iuxta eorum extimationem sic fiendam dictarum domorum, terrarum, vinearum et possessionum possessores et detentores ubi velint habitantes teneantur et debeant cum hominibus et comunitate terre nostre Rippe predictae onera et factiones publicas sustinere et solvere angarias et perangarias, que predicti homines et comunitas pro utilitate et statu suprascripte terre Rippe et plebatus ipsius seu alias prout crediderint expedire, duxerint pro libito voluntatis imponenda ac etiam ordinanda. Idem intelligentes et statuentes de domibus, terris, vineis et possessionibus in quaslibet personas de cetero quoquo titulo alienandis seu in qualibet ultima voluntate modo quolibet relinquendis. Et quod predictae persone predictorum bonorum possessores fine que de cetera dicta bona modo quolibet possiderent et detinerent ad solutionem dictorum onerum et publicarum factionum imponendorum per homines et personas prefate terre Rippe ad statum et utilitatem ipsius terre Rippe et habitantium in ipsa per .. potestatem et offitiales scripture terre Rippe possint et debeant compelli et constringi per penarum impositionem et earum exactionem pignorum captionem et dictarum personarum incarcerationem et etiam fructuum, bonorum et reddituum, arestationem, detentionem et venditionem et per alia iuris re[me]dia prout melius crediderint expedire. Item statuimus, edicimus et ordinamus quod nullus habitator terre nostre predictae, vel non habitator, qui ad presens aliqua de dictis domibus, vineis, terris et possessionibus detineat et possideat quoquomodo vel in futurum modo quolibet contingeret possidere, audeat vel presumat ipsas domos,

terras, vineas et possessiones et bona sive aliquas ex ipsis quoquomodo vendere, donare seu aliquo alienationis titulo vel in ultima voluntate transfere in aliquas personas et loca non habitantes in prefata terra Rippe sive non sustinentes realiter et de facto onera et publicas factiones dicte terre Rippe, quod si contrafactum fuerit tunc .. venditores, donatores et alienatores dictorum bonorum sive alicuius eorum et in ultimis voluntatibus quomodolibet contra predicta vel aliquod predictorum relinquentes sive ipsorum heredes in amissione pretii dictarum domorum, terrarum, vinearum et possessionum sive extimat earum debent condemnari, quod pretium sive extimatio per .. officialles nostre terre Rippe exigere debeat nostro et successorum nostrorum auxilio si opus fuerit mediante. Et nichilominus contracus, donationes, ultime voluntatis et instrumenta omnia super his confecta quantum ad hoc ipso iure non valeant et nullum robur obtineant firmitatis. Tabelliones vero qui super premissis vel aliquo premissorum modo quolibet scienter confecerint instrumenta in quinquaginta libris veronensium parvorum debeant condemnari et in plus arbitrio potestatis. Hii autem qui ad predicta scienter testes et mediatores extiterint nisi infra triduum predicta officia dicte terre Rippe notificaverint in viginti quinque libris debeant condemnari et in plus arbitrio potestatis nostri. Cui per presens privilegium obviare intendimus ut premittitur ut onus in pluribus partitum facilius supportetur. In quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus nostri sigilli appensione muniri.

Data Papie die nono octubris, millesimo trecentesimo octuagesimo nono, tertia decima indictione. (SP) Antonius

1393, novembre 12, Riva del Garda

Lista dei contribuenti (con relativo coefficiente d'estimo) relativa alla *quadra* di Mezzo

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 42 [A]. Nel verso: «Rodolus dacie positus per [.....] Ripa in quadra Medii N° 32»; «C I N° LXV»; «capsula 3 numero 42 anno 1393».

La lista è stata compilata su entrambi i lati della pergamena; i dati scritti sul verso sono di difficile lettura perchè l'inchiostro si è sbiadito e la parte alta della pergamena è molto sporca. Le note archivistiche riportate sul verso coprono parte dell'antica scrittura.

Rodolus dacie^a quadre Medii posite per comune Ripe de M^oIII^cLXXXIII^{to}, prima indictione, die mercureii XII novembris.

§ Persibonus			XVI	solidi	VI	denarii
§ Iohannes de Calmaxino et eius uxor			XII	solidi	VI	denarii
§ Magister Petrus Richemboni cerdo	I	libra			XII	denarii
§ Heredes Comelli			XI	solidi	VI	denarii
§ Franciscus Bertoldelli	II	libre	XII	solidi	VI	denarii
§ Iohannes dictus Temonella	II	libre			XII	denarii
§ Iohaninus et Broinus fratres	I	libra	I	solidus	VIII	denarii
§ Heredes condam Martini Piçoni	II	libra	XV	solidi		
§ Domina Malgaritta uxor Martini Piçoni			XII	solidi	VI	denarii
§ Hodericus de Sahono			I	solidus	VI	denarii
§ Domina Malgaritta uxor Nicolai de Zendrattis						
§ Nicolaus de Zendrattis de Verona						
§ Francisconus Fortine			VIII	solidi	VII	denarii
§ Boçius de Pranzio			XVII	solidi	VI	denarii
§ Tonollus de Vestino			XVI	solidi	VI	denarii
§ Tullius Nicolai Tebaldi	III	libre	X	solidi		
§ Domina Libera uxor Nicolai Tebaldi			XVII	solidi	VI	denarii
§ Martinus Gardelli			XVII	solidi	VI	denarii
§ Stephanus Beffardini	I	libra	X	solidi	X	denarii
§ Domina Dominica uxor Tompestoni			VIII	solidi	VI	denarii
§ Domina Ronca			III	solidi	VIII	denarii
§ Domina Francisca Masicii			X	solidi		
§ Domina Iacoba uxor Tomaxii	I	libre	X	solidi		

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

Calderini					
§ Tomaxius Calderini	VIII	libre	XV	solidi	
§ Nicolaus de Guidestis	V	libre	VIII	solidi	VI denarii
§ Domina Blaxia uxor Nicolai de Guidestis	XXV	libre			
§ Heredes condam Menegi	II	libre	XII	solidi	VI denarii
§ Simonella	I	libra	I	solidus	VI denarii
§ Franciscus Salomonis	VI	libre	XVII	solidi	VI denarii
§ Domina Castelana			XVII	solidi	VI denarii
§ Petrus Pandemey et fratres	XVI	libre	XV	solidi	XII denarii
§ Venturadus dictus Budella	II	libre	I	solidus	VIII denarii
§ Pegorarius notarius	VII	libre	XII	solidi	VI denarii
§ Iohannes Brachi	XII	libre	X	solidi	XII denarii
§ Bonbastardus	III	libre	VI	solidi	VIII denarii
§ Heredes Zerachini			XIII	solidi	VI denarii
§ Bartholameus de Caprino	I	libra	XVI	solidi	VI denarii
§ Tavanellus	I	libra	II	solidi	VI denarii
§ Francisca Liazarii et domina Benevenutta eius filia	I	libra	XII	solidi	VI denarii
^b				solidi c... quia supra	
§ Anthonius magistri Marchi			VI	solidi	VI denarii
§ Paxottus de Valcha<mo>nica			XIII	solidi	VI denarii
§ Martinus Gropetta			XVII	solidi	VI denarii
§ Domina Iohanna Sinatte et magister Bartholameus eius vir			XVII	solidi	VI denarii
§ Magister Iohannes de Madice et fratres	VI	libre	I	solidus	VIII denarii
§ [.....]	III	libre	[..]	solidi	
§ Iacobus Gusse et Bartholomeus [.....]	I	libra	[..]	solidi	
§ Paxolinus Chessi	I	libra	[..]	solidi	
§ Heredes Tomaxii Lundolini			[..]	solidi	
§ Bartholomeus [.....]			VIII	solidi	III denarii
§ [.....] Prandini			V	solidi	
§ Albertinus de [...]	I	libra	VII	solidi	[...] denarii
§ [.....]	I	libra	[..]	solidi.	
§ []	[..]	libra	VI	solidi	[..] denarii
§ Malgaritta uxor Sim[...]			VII	solidi	
§ Marchus B[.....]			VII	solidi	
§ Nicolaus Cafblanchi			XV	solidi	
§ Iohannes Ycelini	VIII	libre	X	solidi	
§ Bartholomeus Dr[..]	I	libra	V[..]	solidi	
§ Anthonius Philipini			III	solidi	VI denarii

^b Nominativo depennato

§ Albertus Tamferii		XIII	solidi		
§ Nascimbenus molinarius	III libre	III	solidi		
§ Martinus Pederzane		XIII	solidi		
§ Iohannes Brexanini	I libra	VII	solidi	VI	denarii
§ Iohaninus med[...] frater		XIII	solidi	VI	denarii
§ uxor B[.....]	I libra	V	solidi		
§ Martinus Guarda[.....]	I libra	XVII	solidi		
§ Iohannes Roveda	I libra	II	solidi	VI	denarii
§ Iohaninus Pasironi	II libre	X	solidi		
§ Heredes domine Francisce de Madruzio	I libra	VII	solidi		
§ Petrus de la Massa		II	solidi	VI	denarii
§ Iohannes Ramzolla sartor		VIII	solidi	VI	denarii

Summa summarum CLXXVI libre XVII solidi VIII denarii

1394 aprile 6, Riva del Garda

Luchino della Strada, podestà di Riva attesta di aver ricevuto 400 lire di piccoli veronesi come salario.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 43 [A]. Nel verso: «1394 N° 70 Receptum domini potestatis Rippae». «C. II N. XLIX». «Capsula 3 numero 43 anno 1349»

MCCCLXXXIII^o indictione secunda, die lune sesto aprilis. Recepi ego Luchinus de la Strata potestas terre Ripue et cetera a comuni terre Ripue libras CCCC^{tum} monete veronensium parvorum michi numeratas per Timonela massarium dicti comunis, et hoc nominatim pro salario potestarie dicte terre termini Paschatis Resurrectionis domini nostri Iesu Christi de supracripto anno.

Ego Luchinus suprascriptus in fidem testimonium predictorum propria manu scripsi et me subscripsi die suprascripto et millesimo.

1394 maggio 23, Riva del Garda *sub domo comunis*

Passio del fu Marco di Pastoedo (Tenno) sindaco del comune e degli uomini della pieve di Tenno, alla presenza di Andrea de Adamis di Parma, vicario di Luchino de la Strada, podestà di Riva, non essendo d'accordo con la sentenza emessa da Andrea de Adamis sulla causa vertente tra il comune di Riva e il comune di Tenno, si appella al giudizio del papa di Roma. L'appello non viene "ammesso" dal podestà Luchino de la Strada.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 44 [A]. Nel verso della stessa mano del redattore del documento: «Appellatio interposita per Paxium de Pastueo sindicum plebatus Thenni coram sapiente et discreto viro domino Andrea de Addamis vicario nobillis et egregii viri domini Luchini de la Strata honorabilis potestatis terre Rippe et cetera ad sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum papa Romanum contra comune et homines terre Rippe»; «C I N° XXX»; «Capsula 3 numero 44 anno 1394».

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, die sabati vigesimo tertio mensis madii, hora vesperarum. In terra Rippe Tridenti sub domo comunis eiusdem ubi ius publice redditur, presentibus testibus infrascriptis videlicet Benedicto de Verona filio condam Iohannis, Alesio de Turri filio condam ser Paxini, magistro Anthonio dicto Brusafero de Parma et Bertholino filio condam Augustini de Pontevico testibus ad hec vocatis et rogatis. Coram sapiente et discreto viro domino Andrea de Addamis de Parma vicario nobillis et egregii viri domini Luchini de la Strata honorabilis potestatis terre Rippe et cetera comparuit Paxius condam Marchi de Pastueo sindicus comuni et hominum plebatus Theni non consentiens sententie late per prefatum dominum Andream olim commissarium in causa et questione que versa fuit et est inter Nicholaum de Guidestis de Rippa notarium et ser Paxium condam ser Federici de Rippa syndicos comunis et hominum terre Rippe ex una parte et Paxium condam Marchi suprascriptum dicto nomine ex altera. Et ibidem post latam dictam santentiam incontinenti appellavit et appellat viva voce ad sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum papam Romanum ab ista sententia et ab omni alia sententia hinc inde lata semel, bis et ter. Et usque nunc petens .. appostolos^a tamquam ab omnibus inique et iniuste latis, petens etiam cum instantia copiam suprascripte sententie et omnium actorum et actitatorum coram suprascripto domino commissario. Et hoc omni modo via et forma quibus melius potest rogatis me Novellum de Caymis notarium infrascriptum ut publicum confitiam instrumentum.

Qui dominus et vicarius comissarius olim ut supra visis et auditis predictis non admisit nec admittit suprascriptam appellationem interpositam ut supra nec alia

^a appostolos *ripetuto*

suprascripta dicta nec petita per suprascriptum Paxium dicto nomine nisi si etiam in quantum tenetur et debet de iure et secundum formam^b statutorum comunis Rippe nec non decretorum nostri illustris domini et non aliter nec alio modo.

(SN) Ego Novellus de Caymis de Mediolano filius domini Protaxii publici et imperiali auctoritate notarius, ac notarius et scribba prefati domini et potestatis rogatus suprascriptam appellatio et omnia suprascripta scribere scripsi et tradidi et me subscripsi ac in signum premissorum signum meum consuetum apposui.

^b Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

1397 ottobre 30, Riva del Garda

Pastarino Scaccabaroizzi, podestà di Riva e dei territori di sua pertinenza attesta di aver ricevuto dal sindaco di Riva Salamone del fu Francesco Salamoni 50 lire per il salario.

Originale, ASCR, capsula III, pergamena 46 [A]. Sul recto sotto la sottoscrizione del notaio c'è la sottoscrizione del podestà: «Pasturinus»; Nel verso: «N° 69 Receptum potestatis». «C. II N° LIX». «Capsula 3 numero 46 anno 1397».

Millesimo trecentesimo no[n]agesimo septimo, die penultimo octubris. Nobillis et egregius vir dominus Pasturinus de Scachabarozis potestas terre Rippe Tridenti et pertinentiarum confitetur habuisse et recepisce a Salamone notario quondam Francischi Salamonis sindaco comunis et hominum dicte terre Rippe solvente nomine et vice dicti comunis et de pecunia ipsius comunis pro salario ipsius domini potestatis termini sancti Micaelis proximi preteriti in qua quidem confessione computati sunt omnes denarii habiti per ipsum dominum potestatem ab ipso sindaco sive ab allia persona nomine dicti comunis in summa librarum quinquaginta parvorum.

Ego Ludovichus de Christianis de Crema canzelarius prefati domini potestatis predicto eius mandato scripsi.

1400 aprile 28, Riva del Garda

Domenico Tornielli, podestà di Riva e delle sue pertinenze per conto del duca di Milano, dichiara di aver ricevuto dal massaro di Riva, Francesco di Madice del fu Boninsegna di Madice, 50 lire imperiali come parte del suo salario.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 1 [A].

Nel verso: di mano quattrocentesca «Buleta domini Dominici de [.....]»; «N° 68 Receptum salarii domini potestatis»; «C. III N° II»; «Capsula 5 numero 1 anno 1400».

In nomine Domini amen. Millesimo CCCC°, octava indictione, die XXVIII aprilis, nobilis et egregius vir dominus Dominichus de Torniellis Rippe Tridenti et pertinentiarum pro illustrissimo domino nostro domino duce .. Mediolani et cetera potestas, confitetur recepisse et habuisse a ser Francischo de Madice condam Boninsigne de Madice habitatore terre Rippe massario communis terre Rippe pro salario ad quod tenetur ipsa comunitas prelibato illustrissimo et excelso domino nostro et cetera in festo Pascatis anni presentis, et hoc pro parte salarii ipsius domini potestatis potestarie terre Rippe tam in pecunia numerata per predictum ser Francischum eidem domino potestati quam per aliam personam interpositam dantem et solventem pro predicto ser Francischo nomine dicti comunis predicte terre Rippe libras quinquaginta imperialium.

Dominicus de Torniellis subscripsi.

(SN) Ego Iulius de Sozago de Orta cancellarius prefati domini potestatis premissa de eius mandato scripsi et me subscripsi.

1412 luglio 10, Riva del Garda *sub domo comunis*

Il sindaco di Riva Pierino di Lodi, notaio, con il consenso di un certo numero di consiglieri, concede al maestro Iacopo del fu Veronese di Verona, abitante a Nago, l'incanto per la costruzione di un mulino presso il fiume Galenzana per cui dovrà pagare annualmente al comune 28 lire.

Originale, ASCR, Libro giornale 25 (1370 – 1570), c. 6 retro [A]. Nella datazione l'indizione è errata: l'indizione esatta corrispondente all'anno 1412 è la quinta.

Incantus molendini Galenzane.

MCCCCXII, indictione decima, die dominico decimo iulii sub domo comunis ubi ius publice redditur. Ibidem Perinus notarius de Laude sindicus comunis Ripe de voluntate et consensu Iohannis Pisoni, ser Andrioti, magistri Lioneti, Veronesii condam ser Pasii, Antonii notarii de Tierno, Angelli, Iohanini Timonelle et Bertholini a Porta consiliariorum dicte terre Ripe dedit ad maiorem incantum tamquam plus offerenti magistro Iacobo condam magistri Veronesii de Verona habitatori Naci quod facere possit in flumine Galenzane a ponte infra dicte Galenzane unum molendinum cum certis pactis in ipso incantu expressis, solvendo quolibet anno in perpetuum comuni Ripe pro dicto molendino fiendo et pro pischeria ibidem die suprascripto libras XXVIII, solidos

Subrogatus Angelus filius ser Francisi de Madice de voluntate predicti magistri Iacobi. Et qui Angelus promissit solvere dictum afictum dicto comuni in perpetuum ut supra continetur. Et de hoc facere debet publicum instrumentum Iohannes notarius de Pissonibus.

1415 aprile 29, Riva del Garda *in castro novo*

Il capitano del castello nuovo di Riva, Giovanni Annenberger, per conto di Federico duca d'Austria, Stiria, Carinzia ecc. e avvocato della chiesa di Trento, riceve dal massaro di Riva, Odorico del fu ser Pisoni, 100 lire di piccoli veronesi come salario.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 3 [A]. Nel verso: «1415 N° 72 Receptum domini capitanei castri novi de libris 100». «C. I N° XLVI». «Capsula 5 numero 3 anno 1415».

MCCCC quinto decimo, die lune XXVIII aprilis, nobillis et egregius vir dominus Iohannes Annemberger capitaneus castri novi tere Rippe et Tenni et cetera pro inclito et illustri principe et domino domino Federico duce Austrie, Stirie, Carinthie, Corniole, Tirollis et cetera ac advocato et deffensore ecclexie Tridentine recepit ab Hodorico condam ser Pixon de Rippa, massario comunis Rippe centum libras denariorum veronensium parvorum, quas dicta comunitas Rippe solvere tenetur camere prelibati domini pro salario termini Pascatis Resurrectionis domini nostri Iesu Christi proxime nunc ellapssi. In cuius rey testimonium idem dominus Iohannes capitaneus iussit et mandavit sui sigilli munimine roborari.
Actum in castro novo Rippe die et millesimo suprascriptis.

Ego Salamonus notarius de Rippa scripsi mandato preffati domini capitanei et me subscripsi et cetera.

(SID)

A)

1417 febbraio 12, Riva del Garda *super pallatio comunis*

Gli uomini di Riva riuniti in assemblea con il consenso del vicario Corrado di Venosta, del podestà e capitano Giovanni Annenberger, accettano Lorenzo *de Gauslinis* di Feltre, vicario temporale in Trento, proposto da Federico conte del Tirolo e signore di Riva, come giudice nella vertenza con gli uomini di Tenno, ed eleggono i loro sindaci e procuratori.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 6 [A]. Nel verso: di mano quattrocentesca «Sententia civilis comunis Ripe lata contra homines de Tenno habentes possessiones plebatu Ripe»; «N°74»; «Capsula 5 numero 6 anno 1417».

L'annosa vertenza con Tenno per il rifiuto di pagare le collette per i beni posseduti siti nel territorio e nelle pertinenze di Riva si riapre nell'agosto del 1417. Da quattro documenti presenti nell'archivio (ASCR, capsula V, perg. 5, 6, 7, 8) è possibile seguire tutta la procedura giuridica del processo contro gli uomini di Tenno che hanno mosso un vero e proprio attacco ai rivani, assoldando un gruppo di mercenari veronesi. La sentenza si conclude a favore dei rivani. I documenti sono stati inseriti sotto lo stesso numero di appendice preceduti da un lettere alfabetica. Sono stati trascritti per estratto l'atto dell'elezione dei sindaci (A), nella parte che comprende la lista dei componenti del consiglio generale, e la sentenza del giudice (C), nella parte del testo dove sono elencati tutti i danni e le violenze inflitti ai rivani durante l'assalto. Per gli altri documenti (B-D) ci si è limitati al regesto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentessimo decimo septimo, indictione decima, die veneris duodecimo mensis februarii in terra Rippe diocesis Tridentine super pallatio comunis Rippe ubi antiquitus fit consilium, presentibus Petro publico mercatore condam Zamboni de Nember diocesis Pergami, Antonio condam Gualandi de Terlacho diocesis Tridentine, Sigismondo condam Zani de Canalle diocesis Cividalis, Castellano filio condam ser Iohannis de Pacugollo diocesis Brixienensis et Paulo condam Paxini de Savono suprascripte diocesis Tridentine testibus et alliis ad infrascripta vocatis et rogatis. Ibique cum hoc sit quod illustrissimus dominus dominus noster dominus Federicus Dei gratia dux Austrie, Stirie, Carintie, Carniolle comes Tirollis ac advocatus et defensor ecclesie Tridentine nec non predictae terre Rippe dominus et cetera pro certis querellis sive lamentationibus sibi factis per comune et homines terre Rippe de ruynis, rapinis, violentiis, roboriis, homicidiis et aliis similibus commissis et perpetratis per certos de Tenno suprascripte diocesis sive habitantes in eo contra et adversus comune et homines predictos terre Rippe prout de predictis patet per capitula et supplicationes reverentes porectas prelibato domino nostro delegaverit seu comiserit nobili et egregio legum doctori domino Laurenzio de Gauslinis vicario in temporalibus in civitate Tridenti ad predicta omnia et singula cognoscendum, decidendum, terminandum secundum quod fuit iuri consonum et sumarie sine stripitu et figura iudicii salla facti veritate attenta etiam ad cognoscendum et fine debito iuris

terminandum quamdam litem seu controversiam quam habent predictum comunem et homines terre predictae tam certis hominibus et personis de predicto plebatu Tenni ex causa et occasione certarum colectorum sive datiarum ipsis impositarum secundum ratam sui extimi per comune et homines predictos Rippe predictae pro certis suis domibus, campis, vineis et bonis immobilibus in predicta terra Rippe et eius plebatu existentibus et quia in civitate Tridenti predicta iudicium inchoari debet de premissis tantum etiam in executione litterarum citationis prefati domini delegati partibus predictis destinatarum ad comparandum coram eo in loco iuridico consueto. Idcirco volentes predictum comune et homines terre predictae Rippe mandatis parere et obedire prelibati domini nostri etiam sui delegati superius nominati constituerunt infrascriptos suos syndicos et procuratores ad predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta exequenda convenientibus et congregatis in unum sono campane more solito et citatis per Bersanum publicum viatorem suprascripte terre Rippe de voluntate et consensu egregii viri domini Conradi de Venoste vicarii nobilis et potentis viri domini Iohannis de Annemberger, capitanei et potestatis Rippe, Tenni, Leudri et pertinentiarum pro prelibato domino nostro pro se ipso et eius successoribus vice et nomine dicti comunis infrascriptis consiliariis ac singularibus hominibus terigenis habitantibus et subistentibus onera et factiones quascumque cum dicto comuni Rippe ad infrascripta et suprascripta tractanda et peragenda de consensu et voluntate et mandato interveniente infrascriptorum ser Andriotti condam magistri Petri Richomboni, magistri Lioneti condam ser Izelini amborum de Rippa, Iohanini dicti Timonelle condam Dominici de Gargnano omnium consiliariorum predictae terre Rippe^a, Iohannis condam Iacobi de Bardolino, Iacobi condam magistri Faustini de Rippa et Donati eius filii, Tonoli condam Prandini de Materno, Antonii dicti Broyni condam Zilimberti de Rippa, Bartholamey condam Bonapaxii de Rippa, Fessi condam Comini de Caravazio, magistri Iohannis sartoris de Pergamo condam Venturini, magistri Bonavenute cerdonis condam Bersanini de Rippa, ser Iohannis condam ser Bertrami de Caynarchis de Mediolano hospitis in Rippa et Bartholamey eius filii, Antonii condam ser Iohannis de Pazingo hospitis in Rippa, Antonioli condam Odorici de Savono, Iacobi condam Francisci Leonis de Rippa, Petri condam Conuseli de Rippa, Nicholay filii Petri Sordelli de Leudro, Iohannis Benocii de Verona, magistri Marchi fabri de Vicenza, Iohannis condam Persiboni de Rippa, Francisci condam Guilielmi de Sporio, Steffani condam Alberti de Cumis, Boture condam Franceschini de Gargnano, Federici condam Dominici de Murio, Antonii sartoris de Vestino condam Melchiorii filii predicti Timonelle, Iohanini condam Dominici dicti Menegi de Rippa, Delaydi condam Petri vacharii de Blaseza, Mathey condam Turini de Savono, Martini condam Pederzoni de Rippa, magistri Fachini muratoris de Mompiano condam Iohanini, Venturadi dicti Budelle condam Iohannis de Rippa, Francisi condam Guilielmi de Murio, Antonii dicti Sansonis condam Cinquantini de Clarano, Dominici cerdonis condam ser Paxoti de Valecamonica, Dominici condam Iohannis de Cumis, Iohannis condam Toblini de Ziago, Iacobi condam Iohannis de Laude, Tomaxii condam Cazini de Pranzio, Iohannis condam

^a omnium consiliariorum predictae terre Rippe *ripetuto*.

Nicolay Bovardi de Limono, Iacobi condam Laurenzii, Bersani de Cologna, Iohannis filii Luce cerdonis de Cremona, Iohannoli filii Milani de Mediolano, Antonii condam ser Bartholamey notarii de Roveredo, Veronesii condam ser Pasii de Rippa, Iohannis dicti Cott condam Dominici de Larexio, Hodorici condam ser Pisoni de Rippa, Iohannis condam ser Alberti de Leucho, Falcholini condam Petri de Pregasina, Bonomi filii Bonore de Varignano, Dominici condam Silvestri de Varignano, Ognabeni condam Vivioni de Rippa, Iohannis condam Dominici Stirpe de Leudro, Filippi notarii condam ser Iacobi de Montagna, Zenonis notarii eius filii, Laurenzii condam Marci cerdonis de Verona, Tegatii condam Taroni de Pulcano Ripperie Brixiensis, Blaxii condam Betini Salamonis de Rippa, Tomaxini filii ser Iohannis de Villa, magistri Richaboni medici filii ser Andriotti de Rippa et Guilielmi condam ser Iohannis Pamfinilii de Rippa ipsi omnes et singulli antedicti ibidem presentes pro se ipsis et vice et nomine et universitate dicti comunis existentes ultra verum numerum duarum partium de tribus hominum terigenarum et habitantium in dicta terra Rippe ad infrascripta peragenda et ordinanda habilles et sufficientes unanimiter et concorditer nemine eorum discrepante prefatum dominum Laurenzium tamquam commissarium et iudicem specialiter delegatum a prelibato domino nostro ad predicta omnia et singulla suprascripta et infrascripta exequendum expresse acceptaverunt, et quilibet eorum tam comuniter quam divissim non revocando aliquos alios suos procuratores ad istos actus constitutos videlicet potius confirmando modis omnibus quibus melius et validius potuerunt et possunt fecerunt, constituerunt et ordinauerunt et fatiunt, constituent et ordinant sapientem virum dominum Antonium condam ser Francisi de Molveno et prudentes viros Guilielmum notarium de Bolzano, Iacobinum notarium condam ser Albertini de Posina diocesis Vicenzie omnes cives Tridenti, Federichum condam domini Pasii de Rippa absentes tamquam presentes Iohannem notarium condam ser Pisoni de Rippa, Antonium notarium condam ser Iohannis de Tierno valis Lagarine suprascripte diocesis, Francischum condam ser Iohannis Brachi de Bulbeno plebatus Teyoni suprascripte diocesis et Iacobum condam Venturini Gusse de Tiarno valis Leudri cives et habitatores suprascripte terre Rippe, predictos quatuor ibidem presentes et hoc mandatum sponte suscipientes et quemlibet eorum singularem, particularem divissim et in solidum ita tamen quod preoccupant(ior) condicio potior non existat, videlicet quod unus aut duo vel plures eorum inceperint alius vel alii possint prosequi, mediare et finire suos et dicti comunis Rippe et universitatis syndicos et actores, procuratores et certos nuntios et quicquid melius esse et dici possunt specialiter et expresse ad causam, litem et questionem tam civilem quam criminallem quam habent vel habere sperant cum certis de Tenno rationibus et causis superius nominatis et generaliter ad omnes alias suas causas, lites et questiones quas habent vel habere sperant cum quacumque alia persona motas, pendentes et movendas tam pro eis quam contra eos coram prefato domino Laurenzio commissario et iudice speciali delegato ut supra et quocumque alio iudice, vicario et offitiali ordinario delegato et subdelegato tam dato quam dando et tam ecclesiastico quam seculari [.....]

Ego Perinus quondam ser Antonii de Salvonibus de Laude nunc habitator suprascripte terre Rippe imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scribere publice scripssi et subscripssi.

B)

1417 agosto 26, nel palazzo episcopale di Trento

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 7 [A].

Lorenzo *de Gauslinis* di Feltre, giudice nella vertenza tra Riva e Tenno e vicario generale di Trento per conto di Federico conte del Tirolo, stabilisce i termini di presentazione in tribunale a Trento per i sindaci dei rispettivi comuni.

C)

1417 settembre 9, nel palazzo episcopale di Trento

Lorenzo *de Gauslinis* di Feltre, giudice nella vertenza tra Riva e Tenno e vicario generale in temporale di Trento per conto di Federico conte del Tirolo, emette la sentenza: condanna alcuni uomini di Tenno al carcere a vita e confisca tutti i loro beni, obbliga l'intera comunità di Tenno a restituire le cose rubate e a risarcire tutti i danni.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 8 [A].

Nel verso: «N°11 Sententia criminalis lata contra illos de Thenno ad quaerelas hominum de Rippa pro diversis latrociniiis, delictis et insultis. 1417 die 9 septembris»; «C I N° XLVIII»; «Capsula 5 numero 8 anno 1417».

In Christi nomine amen. Nos Laurencius de Gauslinis de Feltro legum doctor vicarius generalis in temporalibus in civitate et curia Tridenti pro illustrissimo et excelso principe et domino domino Federico Dei gracia duce Austrie, comiteque Tirolis et in temporalibus domino Tridentino necnon commissarius in hac parte et iudex specialiter delegatus et deputatus a prefato domino duce Federico ad conoscendum et fine debito terminandum omnes causas, lites, questiones et controversias et tam civiles quam criminales quandocumque et qualitercumque vertentes inter homines sive comunitatem tere Rippe Tridentine diocessis ex una parte et homines sive comunitatem de Teno et tocius eius plebatus ex altera parte [.....]

Infrascripta sunt delicta, dampna, iniurie et offensiones illata sive illate hominibus sive comunitati tere Rippe per homines suprascriptos de Teno et eius plebatus ac ipsam comunitatem de Teno, que dampna dicti homines de Rippa petunt sibi restitui et reserciri per dictos homines de Teno et ipsos homines de Teno tales puniri per ipsis delictis comissis quod eorum pena ceteris transeant in exemplum.

In primis quod dicti homines de Teno derobarunt hominibus de Rippa boves et vachas numero centum, item octuaginta capras super montem de Cernavina teritorii Rippe, die XVI^o augusti millesimo quadrigentessimo XVI^o.

Item quod predicti homines de Teno derobarunt hominibus de Rippa die suprascripta et in suprascripto loco decem plaustra, item vigintiquinque pessos casei, item unam calderiam.

Item dicti homines de Teno ceperunt ibidem dicta die et loco suprascripto tres homines de Rippa custodientes dictas bestias et boves.

Item dicti homines de Teno ceperunt et captivum duxerunt in burgum Fraporte die XXI menssis augusti Mateum Ferarii.

Item predicti homines de Teno per tres vices diversis diebus et numero centum et quinquaginta armata manu fecerunt insultum ad portam tere Rippe animo et intentione intrandi dictam teram Rippe et eam derobandi et homicidia comitendi et ipsam teram extrahendi de manibus prefati domini ducis Austrie et tunc interfecerunt et vulneraverunt plures homines de Rippa.

Item dicti homines de Teno multotiens venerunt ad insidias tempore noctis circha teram Rippe animo et intentione intrandi dictam teram Rippe et homicidia comitendi.

Item dicti homines de Teno acceperunt ad stipendium plures homines de Verona et Vicentia ad predicta homicidia comitendum.

Item predicti homines de Teno in vindemia proxime preterita derobarunt hominibus tere Rippe plaustra tricenta et quinquaginta vini sclavi et romani.

Item predicti homines de Teno derobarunt hominibus de Rippa omnia eorum blada et fenum.

Item predicti homines de Teno derobarunt plures mulieres de Rippa incidentes eis bursas a lateribus suis.

Item predicti homines de Teno derobarunt hominibus de Rippa tres equos.

Item predicti de Teno devastarunt et destruxerunt omnia molendina hominum de Rippa in tantum quod macinare non possunt.

Item predicti homines de Teno plura allia henormia dampna et offensiones fecerunt et comisserunt contra comunitatem et homines tere Rippe.

D)

1417 settembre 10, nel palazzo episcopale di Trento

Lorenzo *de Gauslinis* di Feltre dichiara che tutti gli uomini di Tenno che possiedono beni nel territorio di Riva sono obbligati a pagare le collette al comune di Riva.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 5 [A].

1418 novembre 2, Riva del Garda

Ugo, luogotenente dei podestà e capitani di Riva Giovanni Annenberger e Pietro Limberger per conto di Federico duca d'Austria ecc., riceve dal massaro di Riva il suo salario consistente di 100 lire di piccoli veronesi.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 10 [A]. Nel verso: «1418 N° 68 Receptum domini potestatis Rippe de sallario libras 100». «C. II. N° V». «Capsula 5 numero 10 anno 1418».

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadrigentessimo decimo octavo, indictione undecima, die mercurii secundo mensis novembris, nobilis et venerabilis vir dompnus Ugo locumtenens nobilium et potentum virorum dominorum Iohannis Annenberger et Petri Limberger capitaneorum et potestatum Rippe, Tenni, Leudri et pertinentiarum pro illustrissimo principe et excelentissimo domino domino nostro domino Federico duce Austrie et cetera, recepit a comune Rippe pro sallario prelibati domini termini sancti Michaelis anni presentis et datos ei per Antoniolum filium condam Franceschini Boture de Gargnano habitatorem Rippe et massarium comunis predicti centum libras veronensium parvorum, in quorum testimonium prefatus dominus Ugo suo proprio sigillo sigilavit. (SID)
Ego Perinus notarius comunis Rippe scripssi et subscripsi mandato prefati domini Ugonis.

1419 ottobre 1, Riva del Garda *in castro novo*.

Paolo Rasner, capitano e luogotenente del castello nuovo di Riva per conto di Federico Tascavuota, attesta di aver ricevuto dal massaro di Riva Benvenuto di Saone 100 libbre di moneta veronese come pagamento del salario di settembre.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 11 [A]. Nel verso: «N° 67 Receptum potestatis Rippe»; «C. I N° XXXX»; «Capsula 5 numero 11 anno 1419».

Universis [.....]^agus aliquos presentes devenerint inspecturis notum [...] ^bo ego Paulus Rasner capitaneus et locumtenens in castro novo Rippe Tridenti pro spectabilibus et [...] ^centibus et potentibus viris domino Iohanne Annemberger et domino Petro Liemberger potestatibus et capitanei[s te]rarum Ripe, Tenni, Leudri et pertinenciarum pro illustrissimo principe et excelso domino domino Federico Dei gratia [d]uce Austrie, Styrie, Karintie, Karniollle comitteque Tyrollis et etiam nec non advocato et defensore ecclesie Tridentine qualiter habui et recepi a Benevenuto de Savono tamquam massario comunitatis terre Rippe predicte, die prima octubris millesimo quadrigentesimo decimo nono, libras centum monete veronensis, quas quidem centum libras predictus dedit et solvit pro centum libris quas dicta comunitas terre Ripe tenetur dare singulo anno suis potestatibus de mense septembris pro sallario eis deputato et debito prout est antiquitus consuetudo. In quorum fidem et testimonium has patentes fieri iussi meique consueti ad tallia signeti munimine roborari. Datum in dicto castro novo anno Domini millesimo quadrigentesimo decimo nono, indictione XII^a, die dominica prima mensis octubris.

(SID)

^a Lacerazione del lato superiore

^b Lacerazione del lato superiore

^c Lacerazione del lato superiore che prosegue lungo l'antica piegatura

1420 ottobre 8, Riva del Garda

Ser Corrado di Venosta, vicario ed esattore delle entrate di Riva per conto di Giovanni di Isnina vescovo di Trento, attesta di aver ricevuto del massaro di Riva, Giovannino del fu Minico, 100 lire di buona moneta di Merano come pagamento del salario.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 12 [A]. Nel verso: «N°76 Receptum vicarii Ripe 1420». «Capsula 5 numero 12 anno 1420».

Millesimo quadrigentessimo vigesimo, indicione tercia decima, die martis octavo mensis octubris in tera Ripe Tridentine diocesis in stacione mey Iohanis Pixoni infrascripti, presentibus Iohane filio condam ser Alberti de Lecho comitatus Mediolani, Lorencino et Bartholameo fratribus ac filiis condam ser Mori de Verona. Ibique ser Coradus de Venosto vicarius et exactor intratarum Ripe pro reverendissimo in Christo patre domino domino Iohane de Isnina Dey gratia episcopo Tridentino habuit et manualiter recepit in presentia suprascriptorum testium et mey Iohanis Pixoni infrascripti centum libras bone moneta de Merano a Iohanino condam Minici masario comunis Ripe, et hoc^a pro salario potestarie comunis Ripe, videlicet pro termino sancti Michaelis anni suprascripti. In quorum testimonium dictus ser Coradus munimine s[ui]^b sigili roboravit.

Ego Iohanes filius ser Pixoni de Ripa scripsi de mandato et licentia prefati ser Coradi.

(SID)

^a Scritto sopra il rigo dalla stessa mano

^b Foro

1421 novembre 27, Riva del Garda nella quadra della Chiesa

Domenica figlia del fu Antonio detto Tonino di Varignano dona a ser Giovanni notaio del fu ser Pisoni di Riva, sindaco ricevente in nome del comune e degli uomini di Riva, una casa murata posta nella quadra della Chiesa, un terreno prativo in località Grez e un terreno arativo e con olivi all'entrata del Brione

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 13 [A].

Nel verso: «N°27 Donatio facta per dominam Dominicam comuni Rippae 1421»; «Capsula 5 numero 13 anno 1421».

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo, indictione quarta decima die iovis vigesimo septimo novembris in terra Rippe diocesis Tridentine, in domo propria infrascripti Federici sita in quadra Ecclesie apud Florium condam ser Nicholay de Ripa et viam comunis, presentibus Federicho condam domini Pasii de Ripa, Francischo condam ser Iohannis Brachi de Bulbeno, Zuliano condam Zani de Venzonicho [episc]^a opatus Cumarum, Francischo filio Becharii de Zuzade et magistro Achile barberio filio Ma[.....] Christofori barbitonsoris de Vercellis predictis quatuor habitatoribus Ripe predice omnibus suprascriptis testibus et [aliis] ad hec vocatis et rogatis. Ibidem domina Dominica filia condam Antonii dicti Tonini de Varignano plebatus Ar[chi Tridentine] diocesis dedit, tradidit et donavit per se et suos heredes pure, libere, simpliciter et inrevocabiliter inter vivos iure [donationis] in perpetuum ser Iohanni notario condam ser Pisoni de Ripa sindaco et sindi<c>ario nomine comunis, universitatis et h[ominum] terre predice Ripe per se et suis successoribus recipienti, ad omnia et singula infrascripta et alia pro dicto comune et homini[bus] gerendi constituti ut de dicto syndicatu asseruerint partas constare publico instrumento sub millesimo, indictione et die in eo contentis, i[tem] unam domum muris muratam, lignamine hedificatam, copertam cuppis positam et iacentem in quadra Ecclesie et cui do[mui] talles dixerunt esse confines, ab una parte Veronesius condam domini Pasii de Ripa ab alia parte magister Richebonus medicus de Rip[a] et a capite superiori et inferiori sunt vie comunis. Item unam petiam terre prative positam in Grezio et cui petie ter[re] talles dixerunt esse confines, ab una parte heredes Salomonis de Ripa, ab alia parte iura domini et Iohannes Ben[.....]de Limono habitator Ripe, ab uno capite heredes Tullii notarii de Ripa et ab alio capite via comunis. Item unam petiam [terre] aratorie et olivate positam et iacentem ad intratam Brioni, cui petie terre talles dixerunt esse confines ab una parte Vo[.....] condam domini Pasii de Ripa, a capite via comunis et in parte Iohannes de Agreno et ab alio capite Iohannes Somenz[.] [de] Gavazio. Et forte ipsi

^a Lacerazione di tutto il lato destro della pergamena. Vale per tutte le lacune nel documento.

domuy et dictis peciis terre plures et veriores possent esse confines si qui pro tempore et in fu[turum] apparerent ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid eidem ser Iohanni dicto nomine et suis successoribus [deinceps] placuerit perpetuo fatiendum [....]

..quod habeat et habere debeat singulo anno tem[....] sue in quolibet festo sancte Marie Cirialis a dicto comune sive agentibus pro eo libras quinque tridentinorum parvorum, item galetam [unam] furmenti, item galetam unam siliginis et per dictum comune et universitatem celebrari faciat in plebe Sancte Ma[rie] de Ripa suis expensis post decessum suprascripte domine Dominice usque ad annos decem proximos futuros universarium omni an[no] solidos viginti tridentinorum parvorum singulo anno, ut de predictis omnibus et singulis suprascriptis constat publico instrumento scripto per me Fran[ciscum] notarium infrascriptum sub die millesimo et indictione in eo contentis.

Ego Perinus condam ser Antonii de Salvonibus de Laude nunc habitator suprascripte terre Rippe imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scribere publice scripssi et subscripssi.

1422 novembre 22, Riva del Garda *sub palatio comunis*

I due sindaci del comune con il consenso di un gruppo di consiglieri concedono a Giovannino *Menegi*, quale migliore offerente, l'incanto del letame che viene fatto fuori porta Montanara per cui dovrà pagare al massaro di Riva 10 soldi annualmente per 10 anni.

Originale, ASCR, Libro giornale 25 (1370 –1570) [A], c.6 verso.

Letamen porte Montenarie a Rastello usque ad portam Iohanino Menegi.
MCCCCXXII, indictione XV^a die dominico XXII novembris sub palatio comunis Ripe ad banchum ubi incantus soliti fuerint fieri, ad maiorem incantum, presentibus Iohanne Pixoni, Antonio notario de Tierno, Nicholao notario condam Tullii, Gasparino Timonelle, ser Andrioto et Antonio de Savono omnibus consiliariis dicte terre Ripe per Petrum de Pandemellis et Perinum notarium de Laude syndicos dicti comunis deliberatum fuit Iohanino Menegi de Ripa letamen totum quod annuatim fieri potest infra rastelum porte Montenarie et dictam portam solvendo anuatim massario dicti comunis usque ad decem annos proximos futuros et sub ponte libras***** solidos X.

1432 febbraio 1, Riva del Garda, *sub palacio iuris*

Gianpietro figlio del fu maestro Riccambono di Riva vende a ser Tommaso, notaio, figlio del fu ser Albertino di Arco, sindaco di Riva e ricevente in nome del comune e degli uomini di Riva, un terreno prativo posto nelle pertinenze di Riva in località *Gallenzana* al prezzo di 25 ducati d'oro.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 22 [A].

Nel verso: « N° 10 Emptio comunis Ripae a domino Iampetri Ricamboni de loco ad Galenzanam pretio ducatorum 25. 1432 die primo februarii»; «C. II N° XXIV»; «Capsula 5 numero 22 anno 1432».

Trascrizione per estratto

(SN) In Christi nomine amen. Anno domini nostri Iesu Christi millessimo quadrigentesimo trigessimo secundo, indictione decima, die veneris primo mensis februarii in terra Rippe Tridentine diocesis et sub palacio iuris dicte terre Rippe ubi ius publicum redditur, presentibus ser Francischo filio quondam ser Antonii Begarolli de Zuzado plebatus Tioni Iudicarie episcopatus Tridentini, Iohanne filio quondam ser Guidonis de Bolbeno plebatus Tioni suprascripti, Iohanne filio quondam ser Bethini dicti Bithinzolli de Bagalino episcopatus Tridentini hiis tribus dicte terre Ripe habitatoribus et Martinello filio quondam ser Nicolay de villa Pregaxine vallis Leudri diocesis Tridentine, testibus vocatis et rogatis et alliis quam pluribus ad hec. Ibique Zampetrus filius quondam magistri Riconboni de Ripa predicta sponte et ex ipsius Zampetri scientia et non per aliquem errorem iuris vel facti per stipulationem solemnem dedit vendidit et tradidit per se et suos heredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito alodio ser Tomaxio notario filio quondam ser Albertinii de burgo Archi diocesis Tridentine nunc Ripe suprascripte habitatori, ibidem presenti tamquam sindaco et sindicario nomine comunis et hominum predicte terre Ripe, ibidem presenti recipienti et acceptanti pro dicto comune et hominibus de Rippa suprascripta unam petiam terre prative positam in pertinentiis dicte terre Ripe in loco ubi dicitur ad Gallenzanam, cuius petie terre prative talles dixerunt esse confines ab una parte est vassus aque Galenzane suprascripte, ab allia heredes quondam ser Petri de Pandemelliis de predicta terra Ripe, ab allia heredes quondam Bartolomey notarii de Pisonibus de Ripa suprascripta et ab uno capite est via comunis, et forte dicte rey vendite alii sunt vel in futurum esse possent plures veriores confines, ad habendum, tenendum, possidendum [.....]

Et hoc fecit ipse venditor nominatim pro pretio et nomine pretii ducatorum viginti quinque boni auri et iusti ponderis, quod pretium dictus venditor fuit confessus, contentus et manifestus stetit se a dicto ser Tomaxio tamquam sindaco ut supra bene

habuisse et recepisse ac sibi integre datum, traditum, solutum et numeratum esse et fuisse de propriis ducatis dicti comunis et hominum Ripe predicte, renunzians dictus vendito exceptioni [...]

Ego Zeno filius ser Filipi notarii de Montagna Ripe suprascripte habitatoris, publicus imperialli auctoritate notarius hiis omnibus et singulis suprascriptis presens fui et ea rogatus scribere publice scripssi et me subscripssi.

1433 ottobre 28, Riva del Garda, *in domo magistri Bartholamey Ferarii de Verona habitatoris Ripe sita in quadra Lacus.*

Antonia figlia del fu Lorenzo Bersani di Riva, con il consenso del marito Paolo figlio del fu ser *Tomeus* di Stumiaga della pieve di Lomaso, ora abitante di Riva, vende a Cristoforo figlio del fu ser Angelo di Quinto di Verona, sindaco e procuratore del comune di Riva, una casa murata posta nella quadra della Chiesa al costo di 27 lire di piccoli denari trentini, salvo il diritto di decima alla chiesa di Riva a cui andavano versati ogni anno 18 soldi di piccoli denari trentini.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 24 [A]

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentessimo trigessimus tertio, indictione undecima, die mercurii vigesimo octavo octubris, in terra Ripe diocesis Tridentine in domo magistri Bartholamey Ferarii de Verona habitatoris Ripe sita in quadra Lacus, apud lacum Garde, et de post et de ante est via comunis, presentibus Iohanino Menegi de Ripa suprascripta, magistro Bartholameo, Iohanne notario eius filio, Iohanne condam Moschardini de Flaveo, predictis tribus habitatoribus Ripe predicte, et Antonio condam Bonavenute de Cologna omnibus antedictis testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Ibidem domina Antonia filia condam Laurenzii Bersani de Ripa de consensu et voluntate Pauli condam ser Tomey de Stimiaga plebatus Lomasii suprascripte diocesis et ipsi iugalis, nunc habitatoris dicte terre Ripe et quia domus infrascripta fuit sui patrimonii, dedit vendidit Christoforo filio condam ser Angeli de Quinto de Verona, sindaco et procuratori comunis Ripe pro se et suis successoribus recipienti et ementi unam domum muris muratam, lignamine edificatam, copertam cuppis positam et iacentem in predicta terra Ripe in quadra ecclesie et cui domuy talles dixerunt esse confines apud heredes Iohannis cazelarii de Ripa ab una parte, ab alia heredes Temani de Gardune et de ante est via comunis et de post quedam area. Et forte ipsi domuy plures et veriores possent esse confines si qui pro tempore et in futurum apparerent, ad habendum, tenendum [.....]

Salvo tamen iure ecclesie sive plebi Ripe cui solvere tenetur et debet semper et in perpetuum omni anno in festo sancti Michaelis solidos decem octo denariorum parvorum tridentinorum pro pretio librarum viginti septem denariorum parvorum tridentinorum, quod pretium dicta venditrix confessa et contenta fuit se ab ipso emptore habuisse et accipisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse, exceptioni sibi non date[.....]

Ego Perinus condam ser Antonii de Salvonibus de Laude nunc habitator suprascripte terre Ripe, imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scribere publice scripssi et subscripssi.

1434 marzo 12, Riva del Garda *in ecclesia sive plebe Sancte Marie*.

Giovanni Tanner figlio del fu Simone, arciprete della pieve di Riva, con il consenso del prete Pietro figlio del fu Giovanni di Francia e del prete Giovanni Straus figlio del fu Enrico di Ratisbona suoi cappellani, cede a titolo di permuta a Zenone figlio di ser Filippo notaio di Montagna e a Cristoforo di Quinto di Verona, sindaci e procuratori del comune di Riva, tre case murate site in Riva nella quadra della Chiesa, da cui percepiva annualmente la decima, e riceve in cambio una casa sita anch'essa nella quadra della Chiesa.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 24 [A]. Nel verso: «N° 32 Permutatio facta inter comune Rippae ex una [.....] 1434 die 12 martii». «Capsula V numero 24 anno 1434».

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentessimo trigessimus quarto, indictione duodecima, die veneris duodecimo mensis marci in terra Ripe diocesis Tridentine, in ecclesia sive plebe Sancte Marie de Ripa predicta, presentibus nobile viro domino Hermano filio domini Marchabruni de castro Greste, magistro Bartholameo a scolis condam***** de Cumis, Bartholomeo filio condam Temani de Gardune predictis tribus habitatoribus Ripe predictae, et Donato filio condam magistri Iacobi dicti de castel de Ripa, omnibus antedictis testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Quoniam infrascripta mutatio ad utilitatem predictae plebis cedit, idcirco venerabilis vir dominus Iohannes Thanner filius condam domini Simonis, archipresbiter suprascripte plebis Ripe cum consensu et deliberatione domini presbiteri Petri filii condam ser Iohannis de Francia, domini presbiteri Iohannis Straus filii condam Henrici de Ratispona suorum capelanorum ibidem presentium et consentientium, pro se ipso et eius successoribus et nomine dicte plebis fecit cambium, permutationem, cessionem iurium, cessionem iuris et proprietatis et dominii infrascriptorum domorum inferius confinatorum, ex quibus percipiebant de redditu et proventu semper et in perpetuum singulo anno tempore debito prefatus dominus archipresbiter et sui precessores, prout infra: primo de una petia terre casalive, muris murata, lignamine hedificata et coperta cuppis posita in ipsa terra Ripe in quadra Ecclesie, ab una parte heredes Temani de Gardune, ab alia iura comunis, que fuit Iohannis calzelarii de Ripa et de ante est via comunis, solvebat Laurenzius condam Bersani de Ripa dicte plebi sive agentibus pro ea singulo anno semper et in perpetuum solidos decem octo denariorum parvorum tridentinorum, item de una petia terre casalive muris murata, lignamine hedificata, cuppis coperta cum quodam orto sechum tenente posita in predicta terra Ripe in quadra Ecclesie ab una parte iura comunis Ripe que fuit dicti Laurenzii, ab allia Fedriginus de Pergamo et de ante est via comunis, et de post iura comunis Ripe solvebat Iohannes ca<l>zelarii

antedictus dicte plebi sive agentibus pro ea singulo anno semper et in perpetuum solidos quatuordecim denariorum parvorum tridentinorum, item de una petia terre casalive muris murata, lignamine edificata et cuppis coperta posita in predicta terra Ripe in quadra Ecclesie ab una parte Bartholameus Moschardini de Flaveo habitator Ripe, ab alia parte iura comunis Rippe que habet in conductum Iacobus Cavazani de Leudro habitator Rippe ab ipso comune et de ante est via comunis solvebant heredes condam Temani de Gardune dicte plebi sive agentibus pro ea semper et in perpetuum libram unam, solidos sedecim denariorum parvorum tridentinorum singulo anno, cum prudentibus viris Zenone notario filio ser Filipi notarii de Montagna et Christoforo aurifice de Quinto de Verona, ambobus sindicis et procuratoribus dicti comunis habentibus ad hec et alia speciale mandatum pro se ipsis et eorum successoribus et nomine dicti comunis Rippe, presentibus et conscentientibus domino Tomaxio notario de Archo, Dominico Moscardini, Bartholomeo de Castello, magistro Pronzemo de Pergamo et Barzaga de Tuschulano omnibus consiliariis dicte terre Ripe. Ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dictis sindicis et successoribus suis deinceps placuerit perpetuo fatiendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus cuiuslibet dictarum rerum usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis que quelibet ipsarum rerum habent super se vel infra seu intra se in integrum omnique iure et actione ussu seu requisitione eis nomine dictarum rerum dictis rebus modo aliquo pertinente. Et hoc in cambium et permutationem unius petie terre casalive sive domus site in dicta terra Ripe in quadra Ecclesie et cui domuy talles dixerunt esse confines, ab una parte et de retro iura predicte plebis de Ripa, ab alia parte Iohannes de Beleg(er)ario habitator Ripe et de ante est via comunis et forte apud alios predicti comunis Ripe. Ad habendum, tenendum [.....]

Ego Perinus condam ser Antonii de Salvonibus de Laude nunc habitator suprascripte terre Ripe, imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scribere publice scripssi et subscripssi.

1434 giugno 30, Verona *in contrata Sancti Thome*

Antonio, notaio, figlio del fu Nicola di Quinto di Santo Stefano di Verona, legittimo amministratore dei fratelli Francesco e Giorgio suoi nipoti e figli del fu Nicola e della moglie Giovanna, erede della fu Caterina, figlia del fu ser Francesco Zucone di Riva, dichiara di aver ricevuto da Pisone del fu Francesco dei Pisoni di Riva, sindaco e nunzio del comune di Riva, 400 ducati d'oro nel giorno di Pasqua, scadenza di una rata del prezzo di alcuni terreni venduti al comune di Riva per 2400 ducati il 22 aprile del 1430.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 26 [A]. Nel verso: di mano quattrocentesca: «Solutio comunis et hominum Ripe Tridenti ser Antonio de Quinto» «1434»; «N° 28 Instrumentum liberationis [...] per comune Rippae habita a domino Antonio quondam domini Nicolai de Quinto Verone de residuo preçii locorum ab ei emptorum»; «C. II N° XIX»; «Capsula 5 numero 26 anno 1343»;

È presente il documento (ASCR, capsula V, pergamena 29) dove il notaio Antonio figlio del fu Nicola di Quinto dichiara di aver ricevuto l'ultima rata di 250 ducati il giorno di Pasqua del 1436 (domenica 8 aprile).

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, indictione duodecima, die mercurii trigesimo et ultimo mensis iunii, Verone in contrata Sancti Thome ad stationem scriptorie mei Antonii notarii de Roariis infrascripti positam subtus domum mercatorum Verone, presentibus sapiente et egregio legum doctore domino Madio condam sapientis et famosi legum doctoris domini Iohannis de Madiis de Sancta Eufemia Verone, Francisco dicto Caprino notario condam ser Iacobi de Lubiaria Gardexane et Petro notario condam ser Mathei de Bazileriis de Guxolengo, Iohanne notario condam Paganini de Zerbis de Sancte Eufemia Verone, omnibus tribus notariis et quolibet eorum in solidum rogatis una cum me Antonio notario infrascripto de hiis publicum confiteri instrumentum, Marco condam Tomasii de Pillato de Sancto Stephano, Antonio messeto condam Guidonis de Sancto Paulo Verone testibus rogatis ad hec. Ibidem prudens vir ser Antonius notarius condam domini Nicolai de Quinto de Sancto Stephano Verone pro se et ut legitimus administrator et legitimis administratoris nominibus Francisci, Georgii et honeste fratrum eius nepotum et filiorum condam Nicolai olim ipsius ser Antonii filii de Sancto Stephano Verone et olim moram trahentis tempore eius vite Ripe Tridenti, nec non filiorum et heredum pro partibus sibi a iure delatis condam [d]^aomine Iohanne heredis condam domine Chaterine filie condam ser Francisci Zuconi de Ripa Tridentine diocesis et uxoris condam suprascripti Nicolai de Quinto, prius premissa

^a Foro

hac sua protestatione videlicet quod per aliqua que dixerit aut fecerit dicet aut faciet non vult neque intendit aliquo modo derogari nec preiudicari iuribus suis de quadraginta tribus ducatis auri sibi debitis pro resto terminorum annorum preteritorum precii infrascripti et de decem ducatis auri sibi debitis pro expensis factis pro consequendo infrascriptam pagam quadrigentorum ducatorum auri solutorum ut infrascriptus et de omni damno et interesse que passus est et patitur propter tarditatem solutionis dictorum quadraginta trium ducatorum auri et infrascriptorum quadringentorum ducatorum auri, ymmo ipsa iura et omnia alia sibi competentia et competitura contra infrascriptos comune et homines de Ripa sibi fore salva et reservata, quam protestationem haberi voluit pro repetita in quolibet suo actu et cui protestationi infrascriptus Pissonus, sindicario nomine infrascripto, dixit quod non consentiebat, contentus et confessus fuit et stetit se pro se et dictis administratoriis nominibus habuisse et cum effectu recepisse a Pissono condam Francisci de Pissonibus de Ripa sindico et nuntio assegnato comunis et hominum Ripe predicte, ibidem publice et dicto sindicario nomine instante requirente et acceptante et publice etiam instante et requirente ac stipulante me Antonio notario infrascripto ut publica persona nominibus et viribus dictorum comunis et hominum Ripe Tridenti et omnium et singulorum aliorum quorum interest vel interesse posset et poterit in futurum, quadringentos ducatos auri inter ducatos auri et monetas argenteis sibi datis, solutis et numeratis per ipsum Pissonum dicto sindicario et de ducatis, monetis dictorum comunis et hominum Ripe ut asseruit. Et hoc pro completa soluzione et integra satisfaccione totidem ducatorum auri page sive termini Pascatis Resurreccionis domini nostri Iesu Christi proximi preteriti precii certarum peciarum terrarum eisdem comuni et hominibus Ripe venditarum precio duorum millium et quadringentorum ducatorum auri solvendorum ad certos terminos ex infrascripto publico rogato per me Antonium notarium infrascriptum de millesimo quadringentesimo trigesimo, indictione octava, die sabbati vigesimo secundo mensis aprilis [...]

Ego Antonius dictus de Cavaiono filius ser Ognabeni notarii de Roariis de Affio de Sancto Matheo cum Cortinis Verone publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus presens fui et rogatus ea publice scripsi.

Registratum fuit suprascriptum instrumentum ad officium registri comunis Verone per me Augustinum de Languardis officialem scribam deputatum.

1434 luglio 7, Riva del Garda *super domo comunis*

Il maestro Pier Antonio barbiere, figlio del fu maestro Cristoforo, abitante di Riva, alla presenza del consiglio generale del comune, chiede di poter avere 25 ducati per ampliare e restaurare una casa in muratura sita presso la porta Bruciata e avuta in affitto dal comune di Riva per 12 grossi carentani annui. Lo stesso Pietro promette di assolvere il suo debito pagando in perpetuo per l'affitto 5 lire di denari trentini: gli viene quindi concesso il prestito.

Originale, ASCR, capsula V, pergamena 27 [A].

Nel verso: «N°33»; «C. II N° LXXXI»; «Capsula 5 numero 27 anno 1434».

Trascrizione per estratto.

(SN) In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadrigentessimo trecessimo quarto, indictione XII^a, die mercuri septimo menssis iulii, super domo comunis terre Ripe ubi consilium generale ipsius terre Ripe fieri solet et consuetum est fieri, et in ipso publico consilio generali ad hunc infrascriptum actum specialiter ordinato, presentibus Francisco condam Bonvesini de Faytelis de Calvola plebis Tenni diocesis Tridentine, Donato condam ser Guilielmi de Marazono burgi Archi habitatore et Mateo condam Antonii de villa Madrutii plebis Calavini, hiis omnibus premissis diocesis Tridenti testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Ibiq[ue] magister Petrus Antonius barbitonsor condam magistri Christofori de *****, terre Ripe habitator, comparuit et personaliter constitutus fuit coram egregiis et prudentibus viris ser Perino notario condam ser Antonii de Salvonibus de Laude et magistro Christoforo condam ser Agnoli de Quinto de Verona habitatoribus ambobus terre Ripe tamquam sindicis dicti comunis Ripe, et coram Iohanne Petro condam magistri Ricamboni, Iosio Teotonico de Alemania, magistro Galerano Mori et Antoniolo condam Odorici de Sahono, hiis omnibus habitatoribus terre Ripe tamquam consiliariis ipsorum sindicorum, et etiam coram Bartolameo Bonapaxii de Castello, Tonono de Pregaxina, magistro Provesino cerdone, Bonaventura Temonele, omnibus ipsius terre Ripe admonitis et requisitis per syndicos et consiliarios antedictos ad hunc infrascriptum actum finaliter concludendum. Adque idem Petrus Antonius barbitonsor exposuit, dixit et naravit quod cum ipse Petrus Antonius haberet et recognosceret a dicta comunitate terre Ripe unam domum muris muratam positam et iacentem in dicta terra Ripe ad portam Brusatam cui choeret ab una parte domus comunis ubi ius publice redditur, ab alia lacus et a capitibus platea terre Ripe et forte dicti domui sunt et esse possunt veriores confines et quod ex ea vel pro ea solvebat et solvere tenebatur ipsi comunitati ipsius terre Ripe singulis annis successivis perpetualiter et in perpetuum ad liberum et proprium livellum grossos duodecim carentanos et hoc ex eo vel pro eo prout et statuendum quod ea domus existebat sed

quia ipsa domus poterat ampliari et meliorari in multis et pluribus edificiiis, cameris et preparamentis ad ipsam domum ordinandis et ad hoc faciendum prout expenssa contribuenda circa edificationem, amplificationem circa ipsam domum et in ea domo fienda, ipse idem Petrus Antonius dixit, proposuit et naravit quod exigebat et habere volebat ab ipsis sindicis suprascriptis et ab aliis superius nominatis ad hunc actum concludendum viginti quinque ducatos quos expendere intendebat circa ipsam domum. Atque p..... volebat et promittebat ulterius que promissit per pactum solempni stipulatione stipulatum predictis sindicis, consiliariis ellectis et nominatis pro dicta comunitate vices gerentibus quod habitis et ecceptis dictis Christo duce promissit solvere dicte comunitati et omnibus et singulis partis pro ea comunitate vices gerentibus quinque libras denariorum tridentinorum pro ea domo quam vult et intendit ampliare et meliorare in cameris et aliis accessariis, prout promissit nomine affictus et livelli perpetuallis singulis et successivis annis perpetuis et in perpetuum computatis illis XII grossis in prima locatione nominatis. Item actum fuit per pactum solempni stipulatione stipulatum quod dictus Petrus Antonius valeat et possit ipsa domo uti, frui, gaudere et possidere et ipsam tenere et usufructuare ad ipsius usum et gaudimentum pro suo usu, animo et voluntate [....]

Ego Iacobinus filius ser Iohanis notarii de Boturolis de Bondo, terre Ripe habitator publice et imperiali auctoritate notarius, hiis omnibus presens fui et rogatus scribere scripsi signumque meum tabellionatus apposui assuetum.

1436 febbraio 26, Riva del Garda *super domo comunis*

Il consiglio generale di Riva emana un nuovo ordinamento che stabilisce l'obbligo per il massaro di acquistare a proprie spese un toro, da mettere a disposizione della comunità per tutta la durata del suo ufficio.

ASCR, Libro Giornale 25 (1370 – 1570), c. 16.

Reformatio comunis facta per syndicos et consiliarios terre Ripe super tauro emendo per massarium ellectum quolibet anno et tempore sui officii massarii.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricessimo sexto, indictione quarta decima, die dominico XXVI mensis februarii in terra Ripe diocesis Tridenti super domo comunis ipsius terre Ripe et in publico et generali consilio hominum ipsius terre Ripe facto et ordinato per syndicos, consiliarios ipsius terre Ripe et per alios quam plures homines infrascriptos ad infrascriptam reformationem et ordinationem faciendam et ordinandam ad publicum commodum et publicam utilitatem totius ipsius comunis Ripe et omnium singularum personarum prout inferius describitur, et ut videlicet infrascripti syndici et consiliarii ipsius comunis terre Ripe et omnes et singuli infrascripti nominati et requisiti ad hunc actum infrascriptum faciendum et ordinandum ut dictum est communiter concorditer et de ipsorum omnium animo et voluntate in nullo autem discrepantes, et existente illic sapiente et egregio viro domino Iohane de Boturolis de Bondo, assessore nobillis et pottentis viri domini Odorici dicti Slompomarii de Bulzano capitani castri novi et vicarii terre Ripe pro illustrissimo principe ac reverendissimo in Christo patre et domino domino Allexandro Dey gratia episcopo Tridentino duceque Mazovie et cetera, quod Franciscus condam Antonii becharii de Zuzado plebis Tioni vallis Iudicarie terre Ripe habitator massarius dicte terre Ripe pro presenti anno usque ad terminum suum secundum ordinamentum hominum ipsius comunis terre Ripe et omnes et singulli massarii qui ponentur et massarii erunt per tempora futura in ipsa comunitate ipsius terre Ripe teneantur et astricti sint atque debeant singulis futuris annis et temporibus emere silicet singulus singulum ^a taurum qui sit pilis rubey suis sumptibus et de suis denariis propriis, et ipsum taurum tenere ut serviat dicte comunitati et omnibus vachis et bestiaminibus hominum et personarum ipsius terre Ripe, et in fine termini eiusdem massarie possit et valeat ydem massarius ipsum taurum vendere et de ipso disponere pro ipsius libito voluntatis. Cum talli pacto imposito, ordinato quod dictus massarius possit accipere unum grossum pro qualibet vacha cuiuscumque terrigene ipsius terre Ripe et duos grossos pro qualibet vacha cuiuscumque forensis et non ultra et nomine prerogative ipse et ipsi massarii singuli futuri et singulis annis habeant et habere debeant unam peciam terre prative positam a

^a annum depennato

vale. Et quod taurus laudetur per syndicos ipsius comunis dicte terre Ripe volentes, constituentes predicta omnia et singula inviolabiliter observari in perpetuum in pena et sub pena penitus infligenda per dictos syndicos et consciliarios et ad mandatum officialium comunis dicte terre Ripe et hoc ad comunem utilitatem et bonum publicum ipsius comunis terre Rippe.

Nomina sindicorum:

magister Dominicus filius Iohanis Moscardini
Laurencius Papagnochi.

Nomina consciliariorum:

Bartolameus Bonapaxii
Iohanolus de Mediolano
magister Brovexinus
Toninus de Pregaxina
Bonaventura Temonele
magister Galeranus Mori.

Nomina convocatorum:

ser Perinus notarius de Laude
ser Iohanes Petrus condam magistri Ricamboni
Berthonus Bevardi
Concilinus Salamonis
Iohanes de Ciago
Bartolameus Moscardini
Pisonus condam Francisci
Iordanus de Tiono
Iacobus Schupata
Nicolaus Bevardi
Martinelus de Lemono
magister (Ser)le sartor
Iohanes notarius de Por(r)o
magister Christoforus aurifex
Bartolameus Paxoti
Bartolameus Mori.

Ego Iacobinus filius ser Iohanis notarii de Boturolis de Bondo terre Ripe habitator notarius ellectus per comune publicus et ab imperiali auctoritate notarius hiis omnibus presens fui et rogatus scribere scripsi.